

DE SIGETHO

Hungariæ propugnaculo,

A TURCA ANNO CHRISTI  
M.D.LXVI. obsesso & expugnato, opus-  
culum Consecratum

VIRTVTI ET IMMOR-  
TALITATI

ILLVSTRISSIMI ET NO-

bilissimi Dn. NICOLA/ Comitis à ZERINIO etc.  
Generalis Capitanei partium regni Hunga-  
riæ cisDanubianarum, Præfecti  
Sigethani &c.

AB

ILLVSTR I. GENEROSO ET MA-  
gnifico Dno. EMBRICO FORGACH Barone à Gy-  
mes, Equ. aur. & Comite Trinchinensi &c. genero.

Collectum opera

Petri Albini Nivemontij.

V V I T E B E R G A E,

Excudebat Matthæus Uvelack.

M. D. LXXXVII.

662271

MUVEK  
TECHNOLÓGIAI AKADEMIA  
KÖNYVTÁRA

M. TUD. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA  
Könyvleltár. 6744/19. 88. sz.

## D E S I G E T H O

Hungariæ propugnaculo,

A T V R C A A N N O C H R I S T I

M.D.LXVI. obfesso & expugnato, opus-  
culum Consecratumv I R T V T I E T I M M O R -  
T A L I T A T I

ILLVSTRISSIMI ET NO.

bilissimi Dn. NICOLAI Comitis à ZERINIO etc.

Generalis Capitanei partium regni Hunga-  
riæ cisDanubianarum, Præfecti  
Sigethani &c.

AB

ILLVSTR. GENEROSO ET MÄ-

gnifico Dno. EMERICO FORGACH Barone à Gy-  
mes, Equ. aur. & Comite Trinchiniensi &c. genero.

Collectum opera

Petri Albini Nivemontij.



VVITEBERG AE,

Excudebat Matthæus Uvelack.

M. D. LXXXVII.

MTAK



0 00003 00776 1

INSIGNIA NOBILISSIMAE ET  
Generosissimæ familie Comis-  
tum à Zrinio.



*Turis habet speciem virtutis, Stella decoris,  
Virtutem fermè nam suus ornat honos.  
Prima notat famam, que mundum pervolat, Ala  
Altera erit, cœlo qua vehit, alma fides.*

PETRVS ALBINVS  
Nivemontius.



AD

**AD JULVSTREM ET MAGNIFICVM DN M. EMERICVM FOR-**  
gach, Baronem à Gymes, Equitem auratum, &  
comitem in Trinchin &c. Domis  
num benignissimum

P R E F A T I O .

**PETRI ALBINI NIVEMONTII**  
Historiogr. Sax: & Profess.  
VViteber.

**R**Emittuntur ad Illus: Gen: T. libelli, quos  
Matthias Slovuzcius ex Bibliotheca tua eras-  
tos, tuoḡ iussu, & sumptibus typis aeneis excu-  
dendos, et in publicam utilitatem evulgandos,  
ante sesquiannum buc misit. Inter eos autem  
est Epitome Historica obsidionis, & expugna-  
tionis Zigelhi, castri in Vngaria vestra munitissimi, scripta à  
Francisco Körzachis fratre tuo, viro præter generis splendorem,  
doctrina etiam, sapientia, & dignitate summa præclarissima;  
qui tamen non altius orditur narrationem, quam ab ipsius Sos-  
lymanni Turcarum Tyranni ad obsidionem adventu, & oppu-  
gnationis initio. Cum vero in ea precipuam personam gerat  
per illustris Comes Zerinius, egregium exemplum veteris con-  
stantie, priscaq; fidei & fortitudinis militaris, addita sunt etia  
amvariorum versus de eo encomiastici; quos partim hic misit  
Slovuzcius, partimq; , qui ab Ill. Mag. T. studiorum liberalium  
& piorum causa hic aluntur, gratitudinis ergo addiderunt,  
quibus videlicet illustriss: Comitis virtus, insignis fidelitas erga  
Principem, amor in patriam, & pulcherrima pro hac mors de-  
cantantur & celebrantur.

## PRÆFATIO

Si enim, Domine illustris, recte ita senserunt Romani, nullum satis dignum supplicij genus in eos statui posse, qui patriæ sua libertatem opprimere conati essent: si quoq; cives illos esse nequitquam iudicarunt, quos ullo modo rationes caritatis patriæ neglexisse comperissent: quantum putamus non solum patr̄iam Vngariam, sed etiam orbem Christianum debere isti Hereti, qui amplificandi cultus Christi gratia, defendendūq; patriæ libertatis, & incolumentatis, nulla non vite discrimina subiit, pulcherrimamq; deniq; oppetit mortem. Consecutus erat ille maximarum laudum, virtutum, & rei præcipue militaris summa singularemq; gloriam, maximas insuper opes, & amplissima dominia, ut qui totum penè in Illyrico tractum maritimum, per omnem ferè Dalmatiam, Croatiam, Slavoniam possideret, quippe ubi quadraginta circiter arces hereditatis unicae illustris Catharina Frangepane prima Vxoris beneficio acceptas, ad posteros suos transmiserit: ut taceam alias arces, quas ille partim à maioribus suis acceperat, partim verò virtute sua acquisiverat, que & ipsa bona satis ampla, magnaq; fuerunt, ut adeo sibi vivere potuisset: Verum enim verò pietatis & virtutis stimulis tam ingentibus semper in astate rebus gerendis apta, punctus est Heros Magnificus, & ad omnia summa natus, ut laboranti patriæ non modo toto vita sua tempore contra Tyrannidem succurrere & operam, quam posset maximam offere maluerit, sed & tandem supremum vitæ spiritum eidem consecnare. Quare & singularem virtutem gloria non vulgaris secuta est, ut solet. Immortale enim nomen apud exterias etiam nationes Zerinius & memoriam nominis sui sempiternam meritus & adepitus est, ut cuius virtute, & morte pulcherrima vires hostium non solum sint retardatae, sed etiam vicina Regno Hungariae provincia tot maximis bellorum periculis liberata, tot imminentibus cladibus creptæ, deniq; regnum inclytum ante alias provincias à tristissimo genere calamitatis defensu.

Nisi

## P R A E F A T I O

Nisi enim fide & constantia sua Solymannum, potentissimum  
Principem et felicissimum bellatorem nimia indignatione, ani-  
miḡ agitudo, ut qui infinitas suorum & quidem praeclivos  
rum clades aspicere amplius non posset, nec ullo modo belli euens  
tum arridere cerneret, morte coegeret Serinius: sane bestia illa  
progressura, provincias alias Vngariae ad occasum finitimas ar-  
mis victoribus vastatura erat, si presertim illa quasi principia  
animo conceptis votis & conatus respondissent. Quam enim  
conatus barbari Ducis regno in primis Hungariae fuerint formid-  
dosi, ne Deus modum statuisset, vel inde satis appareat, quod  
is & diris se devoverat, non se in Asiam prius reducturum ex-  
ercitus, nisi Vennam Austria caput, & Germaniae propugnas-  
culum, atq; columnen, cum residua Hungariae parte in potestas  
rem suam redigisset, quo consilio etiam omnes belli vires ex As-  
ia in Europam traduxerat, cumq; ad finem ex ariano Constanti-  
nopolitano supra triginta miliones auri, futuri belli nervos  
assumpserat, quemadmodum nonnulli ex historicis observarunt.  
Factum igitur Serinū nunquam satis laudatum cum maxime  
rum Imperatorum rebus terra, mariq; gestis conferri non imme-  
ritò potest. Celebrant alijs expeditionem Gracorum contra Tro-  
ianos suscepit, celebrant Xerxem, luceat sane magis in alioz  
rum oculis Marathon, verum ut sit, multos ex veteris  
bus illis repertas, qui et si praeclaras res pro patria interdum ges-  
serunt, laudabilesq; victorias reportarunt, mox tamen maxio-  
mis eandem cladibus affecerunt, Ideoq; non raro, quos virtus  
victores, eosdem iniuria plebis exules fecit. At Zerinius exis-  
tua manu, non unam solum Graciam, aut urbem Romanam, sed to-  
tum nobis pacatum reddidit orbem Christianum: non solum per  
omnem vitam victoria pro patria arma circumfulsis, sed et pul-  
cherrimā deniq; coronidem addidit, Nec hoc saltē, verum sa-  
luberrima vita sua pro patria litatione effecit, ne eo statim mos-

## P R A E F A T I O.

mēto ipsa turpiter periret, in tanto hostis conatu, quem penitus  
elisit Herois Zeriny casus, et adiūta adversariorum infelicitas  
summa, qua triginta millia Turcarum in unica illa Zigethana  
oppugnatione absunta, & desiderata sunt, id quod etiam ex  
Turcicis commentariis, in quibus omnium exercituum multitudi-  
no perscripta fuit, certò deprehensem est. Vnde apparet, lie-  
cet etiam superioribus temporibus per omnes penè atates gra-  
ves bellorum motus gentem Vngaricam exercuerint, necullo  
tempore qui hostem fortiter pugnando vel fugarent, atq[ue] repre-  
merent, vel praelata victoria superarent, acfuerint: Tamen  
maiis esse Serinij fatum, qui sublato crudelissimo Tyranno  
omnem penè bellorum metum imminuisse merito creditur, adeò  
ut ab eo tempore ita hostium animi fuerint profligati, ita pros-  
trati, ut nihil laude dignum in Vngaria, & alijs, qua bello fas-  
tigant, regnis, gerere potuerint, sed summo ubiq[ue] cum dedeco-  
re, summa cum turpitudine steterint. Atq[ue] inde est, quod  
non solum interea non raro infinita Turcarum millia in regno  
Vngarico levibus prelijs excepta, casa, & imperfecta sunt, ve-  
rum etiam terror hostium animos forte ita occupaverit, Ut à  
regno Hungaria omnes belli vires ad Persas hodie transferre  
malint. Quod igitur hactenus per DEI gratiam tranquillis-  
tate mediocri usi sumus, post altissimi clementem gratiam, &  
Invictissimorum Imperatorum felicitatem, qua ille hos ornare  
voluit, etiam constantie, fortitudiniq[ue], & tandem pulcherrime,  
ac devota morti Zerinj non immerito acceptū ferre possumus.  
Cui pulcherrima inquam & devota mortis cùm non aiffulte  
evadere, vitamq[ue], & dignitatem suam honestissimis rationibus  
tueri posuisset ) vltro fortiterq[ue] se obiecit, & consecravit, ratus,  
id quod res est, et si dulciter in patria vivere, dulcius in ea mori-  
fit, tamen multò praelarius & speciosus, imò verò generofis  
mentibus etiam longè dulcisimum esse, pro patria dulcem pros-  
fundere uitam, Sanè tanta hic in Principem suum fide, tanto  
in patria

## P R A E F A T I O,

in patriam amore semper fuit, ut si vel transversum unguem à fide, hero suo debita & à patria commodis declinasse sibi via sus esset, omnem deinceps vitam sibi acerbam futuram iudicaret, adeo humana omnia parva duxit omniaq; bona sibi in se met ipso posita censuit, ut omnes motus fortuna, rerumq; & temporum mutationes quascunq; vitam deniq; ipsam, qua alioquin charissima esse solet, nihil estimanda putarit, si ad virtutis certamen venissent. Ideoq; etiam nomen & gloriam eius, cum alia omnia fluxa sint & caduca, nulla unquam poterit posthac abolere vetustas. Quod enim commodato dedit fortuna, sols let, quod mutuata est natura, repetet, quod paravis virtus, ipsa retinebit. Hac sola (quod me vel racente iam animo tuo volvis, meq; melius intelligis) Comes illustris, capè nescit, sola dedecus ignorat, sola fortuna succumbere tristius omni fasto dicit, sola naturam mutat, mortemq; pro vita eligit. Via vit igitur, vivit, qui sic perit Zerinius, us gloria morte immortalem sibi laudem & nominis suavitatem in his terris sempiternam pepererit, quippe qui tanti fecerit in omni vita sua virtutem, ut id vel solo exitu, quo omnia probantur, egregie testatum fecerit, dum vitam, coniugem, liberos, ingentes opes, amplissimos agros, oppida & arces, & omnia, quibus effusè circumfluxit, illius, virtutis, inquam, gratia negligere minime dubitavit, cuius etiam filij, affines tui, Heroicum patris animum pulcherrimo studio amulantes, non solum domi, sed etiam foris militiaq; egregia virtutis paterna de se multo ies iam documenta prabuere, ut qui tam bonorum, quam virtutis & pie tatis paternæ sint heredes.

Rectè igitur & merito ut tandem ad id, quod volebam, perveniam, à Poëtis tanti Herois laudes decantata hic addita sunt, ut & suis virtuti constet honos, & perpetuum sit omnino, quod posteri imitantur, exemplum, tanquam in secula propositum. In primis etiam fratri eius, Comes illustris, scrip

## P R A E F A T I O

ptum ipsi honorificum erit ad omnem posteritatem, ut poscè quod  
luculenter & accuratè scriptum sine dubio genio suo non carebit.  
Vtinam autem volumen ipsius integrum, quo sui temporis His-  
torias doctissimo orationis genere perscriptissime dicitur, aliquan-  
do illustris T. Magnificentia favore & studio in lucem prodis-  
ret.

Censuit autem Ilovuzius etiam Pauli Iovij locum de  
Catzianero inserendum esse, propter aliquorum calumniam,  
qua Zerini factum quoddam laudabile criminati sunt. Sic  
profecto est, ut virtus perpetuum comitem invidiam secum tra-  
hat. Quare & de præstantiss. hoc Duce, & amatore Patriæ mi-  
nus dextrè quosdam sensisse accepimus, quasi is sacræ mensæ  
dysq; hospitalibus temeratis Catzianerum trucidasset, cùm tan-  
men ampliss. scriptor Iovius caussam totius facti egregie tueas-  
tur, nec desint hodie qui fateantur, eum tanquam pestem pa-  
tria, (ad Turcas enim transfugere voluerat) merito interfec-  
tum. Evidem sine temeritate, alicuius labi non facile fes-  
cerit quis caussam suam, ex ijs, qui procul ab Vngaria absunt,  
et qui, quod maius est, auctōtēta, rei gestæ non fuerunt, ut adeò  
aliorum sermones audire cogantur, ijsq; fidem tribuere. Verum,  
ut meum hac in parte iudicium interponam, haud scio, an quiss  
quam hac in re Iovio fidem derogare merito ausit, vel posset.  
Sanè, & Ilovuzius homo, ut Mag. T. optimè novit, & alij quis-  
bus notus fuit, non nesciunt, minimè vanus, ea, de negocio hoc,  
ad me scripsit, que ad Zerinium hac in parte non solum excus-  
sandum, sed & laudandum satis esse queant. Inquit enim: Qui  
(Catzianerus) templo & sacra loca ferè omnia toto hoc regno  
Clenodis et campanis spoliaverat, cultus divinos profanave-  
rat, qui putabat, se frustra natum, frustra virtutes corporis,  
atq; animi consecutum fuisse, nisi omnia divina, atq; humana  
truculentissimo genere cupiditatis & prodigionis inquinasset.  
At verò maiores nostri, qui tales interemissent, id non modò  
non illis

## P R A E F A T I O,

non illis vicio dabant, sed afficiendos eos fore immortalibus donis, ac semper eternae hominum memorie, consecrando censebat. Quid enim potest indignus cogitari, quam grassari in patriam à qua vitam suscepis? Quid denique potest intollerabilius existimari, quam sceleratas manus inferre templis Dei immortalia, seq[ue]ntia sacra lega impietate contaminare, cultusq[ue] divinos profanare? quod iste certè Catzianus fecit. Hec qui tentare ausi sunt, nunquam apud recte intelligentes alieni ab hostibus, aut dissimiles feris bestijs, existimati sunt, sicut nec qui illos sustulerunt, alio loco habiti sunt, quam patrum patria. Si igitur Comes Zrinus nihil amplius laude dignum praestisset, quam quod hoc portentum è medio & visceribus patrie sustulisset, sanctissimo arguim immortalis augustissimaq[ue] memoria Imperatore Ferdinando quoque adhortante, hoc nunc saltem nomine immortalem gloriam vel apud barbaras nationes asecutus meritò existimandus esset. Sed tanta est rebus in humanis vidia, tanta tempora huius nostri seculi infelicitas, ut paucis sint, qui hac in preclarissimo duce eximia dona, ut debebant estimare sciunt. Quamobrem quantis etiam paenit propter ingratitudinem, alienaque virtutis odium, in nostra hac patria Deus immortalis multos afflixerit, non est quod dicam, in confessio certè omnibus est. At si omnium nationum res, sive secundas, sive adversas, expendere rectius velimus, apparebit, quanto quis plus secundis rebus excelluit, atque adeò preclarè rerum gestarum magnitudine, tanto illum Sycophantarum livore acerbius pressum esse &c. Hec Iovuzius.

Ex his igitur lectorem bewolum inservere de negocio, quo de nunc agimus, interea voluimus, donec argumentum hoc vel à me, vel ab aliquo alio ita tractetur, ut Illustrissimi Hérois iuris honoris vindicetur. Et si ille, ut mea fert opinio, talēm omnino gloriam preclaris rebus gestis partem reliquit, qua omni invisa

## P R A E F A T I O.



dia superior, omni calumnia fortior esse videri posse, in qua & laudatissima illius posteritas tutissime conquiescet, florebitq;

Concessit autem, ut illustri Magnif. T. notum est, Comes Zrinus in fata V 11. Idus Septemb. qua profectus fuit Natalicijs Beatae virginis, quo die extima pars Zigelthi capta est, atatis anno ferè sexagesimo (duos enim quidam annos destrahunt de hoc numero) cum oppugnationem integris triginta quinq<sup>u</sup>a diebus, sine ulla intermissione, incredibili animi & corporis vi, non atati senili, non laboribus, ullisq<sup>u</sup> difficultatibus parcens, penè decrepitus, fortissime sustinuisse, omnia Imperatoris optimi officia perfectè executus, gloria honestissima cupis dissemus. Ut autem huius de clade Sigethina Historia Forchagiana expositio lucidior esset, subiunxi ego, Generose & illustris Du. scriptum aliud de capto Sigeltho in Germania prius editum, ita, ut ex Croatico, sicut præferebatur, sermone conversum erat, in quo & altius omnia repetuntur, & planius, seu copiosius plausus tractantur, & describuntur. Quam meam voluntatem, & qualemq<sup>u</sup> operam illus. Mag. T. probatum iri spero.

Porro cum præfatio dicatoria, ut vocant, ab aliquo insituenda esset, loco illo vix defuncti, atq<sup>ue</sup> ego, cui illus. Magnitudo id iam ante delegasset solus id muneric subire non gravaver contendit à me Michaël Cibradius, pia liberalitatis tua alumnus, hic degens, ut sibi eius partem aliquam subdelegarem. Non potui hominis studium erga illust. Magn. T. subiectissimum non probare, cùm præsertim ostenderet, hac ratione dari sibi occasionem, qua gratitudinem, & animum submissum erga illust. Magn. T. declararet, eoq<sup>ue</sup> maiorem gratiam tuam promereretur. Eodem animo Iohannes Zanadius, qui istius alumnus Magn. T. est, admonitionem ad iuuentutem. Vngaricam Pannonio præfixit. Dabit igitur, si à nobis errasum est,

P R A E F A T I O.

tum est, aut non satisfactum voluntati tue, veniam illust.  
Magn. T. & optime alumnorum in illust. Magn. T. affectione,  
& meæ faciliatati, qua hominibus non malis & in studijs, ut iufa  
fisti, rectè versantibus, deesse nolui. Atq; hac ideo signifi-  
canda illust. Magn. T. putavi, non quod de prudentia, candor-  
re & bonitate Principis tam eruditii, & experientia summa  
instructi, dubitarem, sed ut & illustri Magn. T. & alijs, ad  
quos iudicij hac de re pars aliqua pertinere videbitur, de consilij  
nostrri ratione constaret. Quod superest, me meaq; stus  
dia illust. Magn. T. recommendo, VViteb. Anno  
M. D. LXXXVII, die cladiis Vngarico-  
rum ad Leitam, Misnensium ad  
Ausigiam &c.



B 2

Generosa

P R A E F A T I O.

G E N E R O S O , E T M A G N I F I -  
C O D I O M I N O , D O M I N O E M E R I  
co Forgach, Libero Baroni in Gymes, Equiti Aurato,  
& Comiti Trinchiniensi in Vngaria, Domino suo cles-  
menti, ac literarum eruditarum patrono pië  
colendo S. D.



Ximia semper habita res est Illustris, &  
Magnifice Domine, Principem inter morta-  
les gerere dignitatem, tum vel eò maximè  
divinum quiddam est censendum, idq; divi-  
no prorsus elogio, quod maiestatis divinæ  
partem, si iusticiæ studeant, Principes ge-  
rant, sustineant, tueanturq; non nudam, cuius muneris am-  
plitudini si clementiæ, beneficentiaq; accedat studium,  
tum demum illius summi, illius boni Dei inquam Op. Max.  
imago expressior reddetur, et uis exprimetur vividior. Et cū  
vel prophenorū sapientū ea fuerit opinio, ut quō Princeps  
quisclementiæ addictus magis, beneq; de alijs merendi stu-  
dio conspiceretur clarius, ad naturam Deorum tanto acces-  
deret propior: Illa sanè Christi Dei & Salvatoris nostri ore  
prolata veridico sacrosanctaetiam est sententia, tunc nos de-  
mum imitatores fore patris coelestis, si in quoslibet nostræ  
opis indigos liberalitatís nostræ deriventur rivuli. Cum ves-  
tro ut plurimum ita sit comparatū ex usu humanæ prudentiæ,  
ut delectus ceseatur eorum habendus, et quidem accuratus,  
in quos conferri debeat beneficium, dandum hoc esse cō-  
muni hominū animadvertisimus instituto, ut literariā quoq;  
conditionem, genus vitæ, studia, conatus, censuræ sapienter  
probēq; iudicantium submittamus ultro, nihil veriti, eorū  
omnium iudicio fore id quam comprobatiſſimum, siqui-  
dem actiones fine ſācto, pio, honesto, utiliq; metiri velimus,  
ſcho-

## P R A E F A T I O .

Scholasticum vitæ institutum vix ulli hominum ordinis cedere, est quidem, fatemur omnium omnis ordinis hominum autorem rerum, fontemq; boni universi agnoscere, colere, eiusq; participatione se censere beatum, at qua quis eum via agnoscat, & colat quovè modo illius perfruatur unione, hominum genus certum id demonstrantium ei destinatū, est functioni, quorum seminaria cum sint scholæ honestæ, pièq; constitutæ, in ijs certè pululant, adolescentesq; omnes ij, qui cœtui Dei nostri peculiarem præstant operam: Iam cum Respub. tum demum sint verè felices, cum ad classum earum gravissimi præsident viri, oīvsoīa consuetudineq; hominum sapientum Principes quoq; evadant sapientes, facile appareat quantum ab omnibus legitimè moralis sit scholis literatis, earumq; Moderatoribus, & studiosis virtutum, artiumq; bonarum diligentibus patronis tribus endū. Narrant etiam de communi Pannonicæ gentis patrino serenissimo Matthia Rege, eum usq; adeò fuisse delectatum ingenij literatis, & multiplici eruditione tinctis, ut Iohannem Regiomontanum Theologicis, & Astronomis- cis studijs insignem virum eruditorum colloquiorum causa mensæ suæ semper adhibere solitus fuerit.

Cum autem maiorum excellentium insistere vestigij, eorumq; iudicia probatissima, studiumq; beneficentiae, ac exempla celebratissima imitari posteris sit quam laudatissimum: ita etiam Comes Generose in promovenda pietatis cognitione, & rerum memoratu dignissimarum ad posteros transmissione operam magnorum virorum esse facilis iucundum est: vides enim hanc egregiam animi pensionem erga literas, literatosq; etiam in clarissimis viris, & heroica excellentis animi fortitudine præstantissimis, qui omnem suam operam in hoc studiosè conferunt, ut studia eruditarum linguarum excolantur, & res gestæ Regum ac

## P R A E F A T I O .

ac Principum monumentis literarum posteris consecrens,  
& hæc animi generositas eò est carior, quò nobiliora in-  
genia occupat, talem etiam erudití tui animi affectionem es-  
te erga præclara ingenia constat, hancq; liberalis vestri inge-  
nij, animiq; propensionem hoc libentius docti omnes am-  
pleteuntur, quò maior etiam vestra est gloria in arte mili-  
tari, qua vestri maiores excelluerunt, & æternum sibi nos-  
men, celebritatemq; nobilioris famæ meritis in Rempub.  
Vngaricam collatis collegerunt clarissimam; neq; solum te  
generositas tuæ prospiciæ clarum effecit, cuius laudem felici  
propagatione ad T. M. devolutam esse agnoscimus, sed  
etiam tua industria, & optima vestræ erga alios beneficen-  
tiæ continuatione auxisti mirifice, ac laboribus pro incolu-  
mitate regni Vngarici feliciter suscepisti laudem tutorū ma-  
iorum effecisti clariorem, unde virtus ipsa quasi suis mani-  
bus ad eruditam excellentis Principis dignitatem extulit, ac  
virtutum tuarum nomine T. M. conspicuam reddidit: or-  
namentum siquidem est singulare in viris principibus, ad  
artem militarem adiungere etiam studia literarum, quæ mi-  
rificè ingenia Principum ornant, ac ferè stimulant ad studiū  
paradæ gloriæ, qua postea et vivi adhuc iucundissimè per-  
fruantur, & eandem ad seram futurorum hominum poste-  
ritatem cum insigni ipsorum laude transmittant. Hæc cau-  
sa est quod Romani olim Imperij proceres viris bellica vir-  
tute clarissimis, aut quoquo modo de Rebub. benè meritis  
monumenta publicè erigebant addita insigni commendatio-  
ne nominis eorum, exprimendoq; in signia eorundem inge-  
nij generositatem, ac virtute partam felicitatem testantia, ut  
sic posteritas imitationi talium virorum feliciter succederet,  
& obscuri virtute & gloria carentes honestorum laborum  
continuatione ad eam felicitatem aspirarent, qua olim ma-  
gni illi viri, quorum insignia publicè cum immortali eoru  
laude

P R A E F A T I O ,

laude expressa viderent, inclauerant: fit enim plerumq; ut iuventus, quæ gloriæ studiosa esse solet, ad veræ virtutis studium, et voluntatem in statum nobilioris vitæ emergendi felicius excitetur, dum videt fortissimorum virorum nomen, & famam pia gratae mentis recordatione celebrari, ac præmia ad dignitatem & existimationem inter pios mortales cum magna laude obtinendam proponi nobilissima: Sed hoc studium pervenienti ad optima non nisi magna, & heroica occupat pectora, hæc enim sola sunt, quæ ardentissima cupiditate huc rapiuntur, ut honestis laboribus, & sancto vitæ proposito nomen, & decus virtutis acquirant, ac tandem nominis celebritatem immortalitati cōmendent, quæ sola virtute perficitur. Apparet hoc in Alexandro magno, qui cum audisset plures esse mundos, erupit ex tempore in fletum cum hac querela, se nondum adhuc esse felicem, quandoquidem vel unius mundi Dominus nondum esset factus, quo ipso satis clarissimum dabat indicium generosi ingenij, et cupiditatis suæ in gloria acquirenda, quam ad longam posteritatem bonorum mortalium cum perpetua sui nominis laude transmittere optabat. Hæc eadem est causa, quod etiam Reges & Princes Vngariæ in eo sedulo laborarunt, ut ad res ab se gestas scriptores doctrina erudita, studioq; virtutis adhiberent clarissimos, qui accurata diligentia, & fide sancta ea omnia in publicas referrent tabulas, quæ olim pro salute regni domi, forisq; utiliter gestissent. In hac re autem feliciter elaboravit Bonfinius ille, qui fideliter ea omnia collegit, quæ Vngariæ Reges serenissimi, & Proceres multa virtute clarissimi pro incolumitate patriæ expedierunt, ut hac ratione nominis Vngarici decus, & rerum gestarum memoria feliciter inter homines conservaretur, & flos Vngaricæ militiæ sese ad virtutis studium præpararet diligentius.

## P R A E F A T I O.

Felicissimè igitur hoc consilium institutum est cum apud omnes, tum etiam apud Vngaros ut res gestæ Regū, & Principum conscribentur, & infesta bella, quibus penè universa Panonia conflagravit, ut posteritas suorum maiorum statum, & regni eversionem, quasi ob oculos propositionem aspiceret, & sic fortuna illa, quam adhuc salvis Regibus habebat, lætaretur, præsentis autem status difficultate, in quam regnum istud opulètissimum deturbatum esse agnoscit, tristissimo afficeretur modo: ficut enim regnum Vngariæ fuit potentissimum, & fato clementissimo penè in admis- ratione omnium constitutum: ita nunc in eius miserabili statu inconstantis fortunæ aleam considerare non sine mœrore licet, cum ab illa ænus suæ integratatis, ad quæ sanctissimorum, fortissimorumq; Regum temporibus pervernerat, paulatim descendere coepit, & sensim eò deducta est, ut vix iam reliquæ prioris felicitatis conspiciantur, sed huius difficultatis causam nostris peccatis imputare possumus, quibus Deus irritatus hostes crudelissimos procul ex citavit, & ad exscindendum florentissimum regnum Vngariæ adduxit, qui cum Rege Ludovico ad bellum evocato collatis signis manus conseruerunt, eumq; mirabili astu circumventum occiderunt. Cuius funere gravissimè universa Vngaria est exasperata; statuit etiam Turca bellax non dissimilia suæ crudelitatis exempla in eversis etiam reliquis regni castellis, & oppidis multa pulchritudinis admiratione illustratis. Cum enim post cladem Mohacianam arcem Szegethum haberet sibi infensam, eiusq; vires Solymannus per timesceret, non putavit arcis istius incolumitatem esse ferendam, sed prima quavis facultate industriae Vngaricæ occurserendum esse: ubi etiam suæ crudelitatis erga gentem Vngaricam exemplum reliquit lamentabile: Hic sanæ fortissimi Herois, NICOLAI SZERENI virtus, & fortitudo singu-

## P R A E F A T I O

singularis apparuit, cum enim suffragio sacræ Cæfateæq; maiestatis ad eam arcem tutanadim contra excursiones Turcarum ex cæteris Vngariæ proceribus eligeretur, luculenta suæ industriae edidit testimonia, qui ut erat heroici Sp̄iritus generositate, & virtute bellica celebetrimus, ita etiam fortí animo, & opera strenua contra Turcici Imperatoris oppugnationes arcem defendit. Et hunc Ducem ob eximias virtutes verè appellare possumus Εὐγένιον & simul Ἑρόχορον, ac nisi fato nostræ patriæ iam inclinato, concidisset, longè maiora sui erga patriam nostram studij, & operæ expressissæ set documenta. Huius autem expeditionis contra Szegethum à Turcico Imperatore Solymanno institutæ occasio, progressus, ac varij consiliorum eventus ab utraq; parte agitatorum hic proponuntur, & simul Vngaricae virtutis, & fortitudinis exempla in NICOLAO SZERINIQ; Duce nobilissimo ita repræsentantur, ut posteritas Vngarica vel hoc nomine summas Deo clementissimo se debere gratias fateatur, quod excitet tam fortis, & illustres viros, quorum industria & excellens heroici ingenij, animiq; fortitudine privatim, & publicè apud omnes exemplo esse possit, qui imitationi industriae clarissimorum virorum feliciter succedere optant. Addita sunt autem huic Historiæ à P E, T R O A L B I N O Illustriss: El: Sax: Historiographo & Academiæ huius Professore publico, etiam ea, quæ solidam oppugnationem antecesserunt. Præmiserat, enim Solymanus SanczokBecum, Principem in sua aula potentem cum exercitu magno, cuius opera prudentiam, & fortitudinem Ducis nobilissimi NICOLAIS ZERENII, militumq; Ziegethiensium industriam explorari cupiebat, hicq; præcursor ad castellum Siklosinum infeliciter cum Vngaris congressus concidit. Hæc igitur pars prius Croatico sermone conscripta, deinde per M, SAMVELEM B, L, in lati-

**P R A E F A T I O**

num conversa accessit ad luculentiorem cognitionem res-  
rum ad Zigethum gestarum.

Cùm autem deliberaretur de eo, cui libellus iste de ex-  
pugnatione arcis Zigethinæ commendaretur, unus ex re-  
liquis Vngariæ proceribus occurristi, vir magnificè, cui po-  
tissimum libellum hunc dedicaremus, idq; eò libentius feci-  
mus, quò magis vestrum erga pietatem religiosam, & lite-  
rarum studia favorem habemus exploratum. Offerimus igit  
tibi, Comes insignis, scriptum hoc, ut nominis tui auspi-  
cio felicius in publicum prodire possit, gensq; nostra Vn-  
garica tuo patrocinio suffultum amplectatur maiori cum  
animi alacritate.

Oro DEVM æternum, Patrem Domini ac Servatoris  
nostrí *I E S V C H R I S T I*, Conditorem generis humani,  
ut T. P. D. confirmet vires animi, corporisq;, eidem tri-

buat salutarem suorum gubernationem, per et propter

*I E S V M C H R I S T V M*. T. M.D. benè & fe-

liciter valeat, Cui me, ut patrono lite-

rarum præcipuo reuerenter

commendo.


Praestantem tuam magnificentiam debita  
animi gratitudine, & voluntatis  
obsequio colens

*MICHAEL CIBRADIUS*

*In garu*

Imago

*IMAGO ILLVSTRIS COMITIS  
NICOLAI A ZRINIO, ARMATI:  
PRIMVM SVB DIVO FERDINANDO  
Imp: proRegis , quem Hungari more gentis Banum  
appellant , Regnorum Croatiae , Dalmatiae &  
Slavoniae : Deinde sub Divo Maximiliano  
Imp. Generalis Regni Hungariae a Da-  
nubio Illyricum usq; Capitanei, Pra-  
fecti Zigethi : Vtriusq;  
Consiliarij intimi & per  
Hungariam Magis-  
tri Tavernicos-  
rum &c.*



*Me servasse fidem cuncto testabitur ævo  
Mors pulchra ante homines, Spiritus ante Deum*



IN IMAGINEM ZERINII ARMA-  
ti Epigramma . Petri Albini Ni-  
vemontij.

T Ali Nicoleos habitu prodivit in hostem,  
Dura viro quoties bella gerenda forent.  
Sic primum specimen iuvenilebus edidit annis,  
Eset ubi à savis cincta Vienna Cesis:  
Cum fortemq; animum praelataq; facta probavit  
Arbiter ipse sacri Carolus imperij,  
Ornatog; auri calcaribus, ense, cathena  
Tyroni, ex merito nomen equestre dedit.  
Inde viri ad Budam eminuit fortissima virtus,  
Ergo novos titulos Casare dante tulit.  
Audijt & Prorex, qua Dalmata colligit aurum,  
Quag; Liburna vigil rura Croatus arat:  
Prasuit & priscis Bani cognomine Slavis,  
Fernandi iuvit sceptraq; consilijs.  
Maximus in patris vestigia ut Aemilianus  
Cesserat, huic maior cura parata Viro est,  
Terra ubi Danubij dextrum lacus Ilyris arget,  
Et speciosa ferox oppida Pannon habet:  
Casereas illic Aquilas vicitribus armis  
Exultit, & Turcas sepe reprebit ovans.  
Hoc habitu tandem Sigebti ad manu fulsit,  
Cum valida premeres hanc Solymannie manu,  
His toties armis truculentos obruit hostes,  
Et retulit victor lata traphaea domum.  
Donec vi multa victo funesta paravist,  
Fata viro, Fatum, quod premis Orbis opus:  
Deseruit Fortuna ducem, non dextera fortis,  
Non tanto expertum tempore consilium:


EPIGRAMMATA

Dire hominum culpe mundum fatalibus urgent  
Supplicijs, hinc est lucida caussa mali.  
Magnanimus, fatot, Zrinus pugnabimus? inquit  
Est grauis iratum res habuisse Deum:  
State viri, extremam virtutem audebimus, Id nos  
Adiuvet, excelsi qui regit astra poli,  
Quo duce non hodie forsan moriemur inulti:  
State viri: hac nobis gloria parta die est.  
Sic leo magnanimus confertos ivit in hostes  
Intrepida sternens obvia queq; manu.  
Sed vicit fati vis: Ergo maximus Heros  
Aureolam posuit mox animam ante Deum.  
Ante tamen te fæde mori Solymanne coegit,  
Ne caso caperes gaudia summa duce.  
O factum bene: sed magni hac solatia luctus  
Parva: tuum porro Christe tuere gregem:  
Vivit adhuc Zrinus Meritum, constantia, Virtus:  
Nomen in orbe bonum, Spiritus ante Deum.



In armis

IN ARMA GENTILICIA NOBI-  
lissimæ & generosissimæ stirpis Zeriniæ  
Epigramma Pe. Alb.  
Nivemontij.



**Q**uid Zrinia sibi Musa velint insignia gentis,  
Ede, suis aris sic pia thura dabo.  
Tantum ego: Diva sub hac: castrum virtutis imago est  
Inclita, quam stella circumiere dua.  
Namq[ue] ea radices agere atq[ue] immota manere,  
Nixa suis muris turris ut alta, solet.

## EPIGRAMMATA

Gloria eam radis aeterna micantibus ambit.

Gloria, virtutisqua comes esse solet.


Sed cur ala duplex est addita et tertia dos est,

Sors bona, qua pennas heu citò sape capit.

Gryphus habet culmen galae. Nam cuncta reguntur,

Et constant, magni dotibus ingenij.

## DE INSIGNIBVS ANTIQVÆ & Illustris gentis FORGACHIANÆ Epis- grammata Petri Albini Ni- vemontij.



Quid

## EPIGRAMMATA

Quid notat hec cassis? Bellum. Sed virgo quid? Artes  
Pacis: Utroq; valet Forgachiana domus

Aliud eiusdem.

Virgine Pierides, Galeaq; scientia belli,  
Signantur: Laudem bina corona notat.

## ALIVD EIVSDEM.

Virgo coronata est, Galea & diadema cincta est  
In clypeo, quem fert Forgachiana domus.  
Esse quid hoc dicam? Decus immortale paratur  
Artibus ingenuis, intrepidaque manu.  
Luna sed admoneat fragilis nos pallida vita:  
In toto est firmum scilicet orbe nihil.

## EX BELLO PAX:

Egalea, intrepidus miles quam gesserat antè,  
Prodit inauratis pulchra puella comis.  
Ex bello pax alma viget: cum postulat usus,  
Bellandum, ut possit patria pace frui.  
Vtragi gemmata est in vertice cincta corona:  
Est sua laus paci, laus sua militia,  
Pax tamen alta sedet depresso Marte. Quid hoc est?  
Præbello semper nobile pacis opis.

Aliud in eandem sententiam.

Bella geri idcirco qui nescit, ut aurea pax sit,  
Arma quid, inspiciat. Forgachiana notent:

## MARTE VEL ARTE.

SYMBOLVM EX FORGACHIA,  
nis armis desumptum & Illustri Domino  
EMERICO &c. tributum,

## EPIGRAMMATA

Marte vel arte velis contendere: certat utroq;  
Forgachides, Vnnt laus columeng; soli.

Symbolon hoc patria arma gerunt. Emericus ad illud  
Exprimit: Arte velis seu quoq; Marte velis,

## IN MINERVAM FORGACHA-

nam, ad Illustrem Dn. Emericum  
Forgach &c.

**F**allor an? ex cerebro lovis hac est altera Pallas  
Nata, EMERICE domus gloria Forgachidum?  
Omen inest certe: Nam dum tu respicias artes  
Aenias, & amas templa, Scholasq; foves,  
Non dubiè ostendis, quām sint insignia vestra  
Gentis amabilibus tota referta notis.  
Forgachidum virtus, sapientia, gloria floret  
Mora puella, atas cuius amata viret:  
Forgachidumq; Fides est inviolabilis, ut stet  
Castus & intactus virginitatis honos.

## VIRGINITAS PERPETVA. DE EADEM VIRGINE

Forgachiana.


**T**ot iam lapsa ruunt à natu secula Christo,  
Ex quo virgo decens nunc quoq; virgo manet:  
Forgachidum virgo, qua castior altera non est,  
Hic ubi Pannonios irrigat Ister agros.  
Sed quoniam à Turcis est sepe petita nefandis,  
Dic mihi quo potuit virgo manere modo?  
Christus eam texit, qui casta est virgine natu,  
Illiis est munus, dignaviro species.  
It regit innocuos & spe sibi supplice nixos,  
Ne metuant fraudes ulla vel arma virūm

Aliud

EPIGRAMMATA  
ALIVD: IPSA VIRGO  
loquitur,

Quod sim, quod maneam, mea non est gloria, virgo:  
Munere solius sum maneoꝝ Dei.  
Virgine nate Deus, tu me quoꝝ protege posthac,  
Ut mihi servetur virginitatis bonus:  
Adyces tempus nam tu quodcunq; priori,  
Praeside te, laudi serviet omne tue.

Hactenus Albini Epigrammata.



IN SIGNIA

IN SIGNIA ILLVSTRISSIMÆ ET  
vetustissimæ familiæ Ducum Saxonizæ  
inferioris in Lauens-  
burg &c.

**A**vratus clypeus generis pralustris origo est,  
Virtutis nigra dant documenta trabes.  
Partas Ruta nota laudes Famamq; perennem:  
Hac eadem invidia dira venena fugas.

DE IN SIGNIBVS FORGA-  
chianis &c Lauenbur-  
gensibus

**Q**uam benè Forgachia domus est Leoburgia iuncta:  
Hac ruta in clypeo sarta decoragerit,  
Illijs insigne est virgo. Sic naëta coronam est  
Virgo; puellarum est pulchra corona decus.

Petrus Albinus Nivem.



ZIGETHI  
HVNGARIAE CLAVSTRI  
PRAESTANTISSIMI  
VERA DESCRIPTIO, ET OB-  
sidionis Epitome.

EX FLLVSTRIS FRANCISCI  
FORGACHII liberi Baronis in Gymes, Commiathi, & Mo-  
naster, Cancellarij olim Divi Ferdinandi Imperatoris per  
Hungariam, & Consiliarij, sui temporis historiarum Com-  
mentarijs, bona fide de verbo ad Verbum, descripta,  
nunquam antehac visa, & nunc primum  
in lucem emissa,

**S**icut Sulimanus Calendis Augusti Sigetum per-  
uenit. Arx atq; oppidum erant fossa tantum discreta:  
rius enim è proximo colle, incerto alueo per plana de-  
currens, sparsas faciebat lacunas, & cæcas fossas, unde effossa  
quâ circumerat terra, immensa latitudine paludi, similimam  
fossam reddebat. Mœnia atq; propugnacula ex arte, non saxo  
aut cocto latere, sed triplici ordine cratum, ferreis clavis vino-  
clisq; inter se iunctorum, duo & viginti pedes lata, ac media  
humo solida, quantumuis fortissimi muri vim habebant. In-  
erant pedites mille & octingenti, equites ducenti, ciuium cen-  
tum ac quinquaginta, qui vltro remanserant, omnes Hunga-  
rici ac Illirici nominis, mulieres ac pueri ad duo millia, Curulia  
tormenta sexaginta, pulueris tormentarij & reliqui appara-  
tus ingens copia. Nec aliud tūm desideratum est, quam militum  
copia, quo sero animaduerso, missa duo vexilla Germanor-  
um remeauere, exclusa arcta obsidione. Expertum est,

D

nullam



>nullam munitionem humanorum corporum robore præstantiorē. Eadem hyeme lustrato per Consiliarios bellicos milite, ducenti equites ut superflui dimissi, itidem plerisque in locis præsidia erant imminuta. Mox tamen crebrescente rumore hostili, mille pedites Hungaros conscripturi, quanquam multa conquisitione, vix aliquot inuenierunt. Haud obscurum est, G E-  
**B E H A R D V M B E L C Z E R**, bellici consilij præfectum (nouum officij genus recens inuentum) gloriatum suo consilio annuis quadraginta millibus sumptus fisci leuasse. Sed hæc sapientia clade Hungariæ constitit. At initium po- ciundi Sigeti ab oppido cœptum, quassatoq; omnibus partibus vi tormentorum: simul fossæ materia ac terra, lanæq; vi incre- dibili, cuius infinitam copiam curruum, camelorumq; opera, ab ipsa usq; Thracia, ex æquandis fossis, conquisita etiam tota pas- sim Hungaria per Bassam Budensem, pari diligentia in hos usus secum Solimannus adduxerat, complentur. Iam Turcæ ad oppugnationem succidunt, pugnant, instant, pellunt ac pellun- tur, trucidant atq; trucidantur, cum sustentatis aliquot arduis oppugnationibus, adferuntur Cæsari literæ Zrinij, Castris apud Ouarum fixis, hostium immensas vires, & suorum iam plurimis amissis paucitatem docens, consilium se ab necessitate velle capere, ut oppido conflagrato in arce supremam fortunæ aleam experiatur. Sed diffusum ab veteranorum primori- bus, si ea Zrinio militum esset manus, qua Turcarum Tyranni infinitas copias sustinere posset: qui priori quoq; obsidioni, præ- sentes, meminerant etiam oppidum, quanquam minus tūm va- lidum conseruatum: tractu belli multa evanescere, quæ obfessis salutem, hostibus pernitiem, afferre possent: etiam Cæsar is vi- res,

res, &c.

res, & Christianorum auxilia, sibijs ostentabant. Decimo  
quinto Calend. Septemb. Solimani iussu, viuis vniuersus hosti-  
lis exercitus, per ingentia agmina discretus, quo etiam innume-  
ræ multitudinis ostentatio metum propugnantium augeret.  
Subeunt muros, & tanquam stataria pugna, ac patenti campo,  
per immensas murorum ruinas, & latè fossatum oppleturas, fit  
prælum ingens, & hinc atq. illinc strages, sed alijs ac alijs non  
militibus, sed exercitibus succendentibus, nostri impares nume-  
ro omnes simul pugnare cogebantur, & non vnum, sed multa  
prælia capessere, donec ad extreum corporibus, viribus, spiri-  
tu deficientes, tantorum exercituum, tot præliorum impetu, diei  
labore perpresso ac sustentato, inumbrante iam vespera in ar-  
cem se reciperent. Constat octingentos superfuisse, cum rur-  
sus noua oppugnatio, noua laborum facies, noua moles periculi  
instaret. A tribus simul partibus, tormentis dies & noctes  
propugnacula mœniaq; petita: tres moles, ingentium Castellos  
rum similitudine, saccis terra ac lana completis, cuius multo  
maximam copiam ex vniuersa prouincia congefferant, altitu-  
dinem mœnium egredientes, easdem ad partes mira celeritate  
constructæ: super his delectæ Ianiciarorum manus cum tor-  
mentis impositæ, nullum momentum fossam, vallum, agge-  
rem, aut munimenta introrsus moliendi relinquebant, donec  
vno eodemq; tempore, auerso etiam riuo, scisso repagulo aqua-  
rum, fossis materia, terra, repletis, ac cratibus de super imposi-  
tis ad muros subirent, acerrimè oppugnarent, diem ac noctem  
iuxta infestam reddendo, ut perpetuo labore, ac vigilijs confi-  
cerentur. Interea Solimanus, fortunam suam, conatibus suis  
infinitis non respondentem, indignè ferens, statuit constantis-

simum animum Comitis muneribus expugnare, & spe amplissimorum præriorum ad deditio[n]em arcis inducere. Sagitta igitur missa, cum literis, intra arcis mœnia, totius Illirij Praefecturam, & possessionem Croatiæ pollicetur, maximas opes & facultates, ingentia munera offert, si dedit arcem, ubi cum ne illud quidem succederet, animumq[ue] Comitis, nullis expugnari posse muneribus, aut belli necisq[ue] terriculamentis videret, aliam aggressus est viam. Acciderat enim, ut casu quodam caperetur Tubicen, filij Comitis maioris natu, sub idem oppugnationis tempus, quo capto, & in castra adducto, Imperator Julianus, immutti tubam, de qua pendebat depicta, ut moris est, armæ eius, cuius tubicen esset, & literas in arcam, Captumq[ue] filium Comitis illius Tuba indicio docet, monetq[ue], ut arcam dedat, nihil amplius causæ supereesse inquiens, cur adeò pertinaciter castrum defendat amissso filio, cum præsertim & eo angustiarum iam se redactum videat, nulla ut amplius spes sit relata arcis retinenda, & si dedit vitam suam, & filij conservaturum, sin porro in proposito perseverarit, filij caput ad portam hastæ infixum, miserabile spectaculum, illico visurum. At vero Comes, virtute & constantia animi incomparabili, non spe amplissimorum præriorum, neq[ue] acerbo filij casu, qui tamen astutè à Eurearum Tyranno excogitatus erat, expugnari potuit, nec tam ad filij salutem, quam patriæ libertatem, & fidem Principi datam respexit, ideoq[ue] incredibili animi magnitudine, in fide constanter perdurandum sibi statuit, ne reliquias Christiani orbis provincias vastandas hostibus obijceret, ne uè hoc extremo facto rebus suis, præclare ante à gestis, turpem maculam inureret. Quin et si longè grauius tristissimo filij casu exacer-

batus,

batus, ullam tamen vocem animi sui magnitudini superioribusq; victorij indignam protulit, sed singulos appellabat milites hortabaturq; uti forti animo essent, inquiens: Meus priuatus luctus est casus filij acerbissimus, vos memineritis Principi datæ fidei, & pro Patria strenue vel cum honestissima morte pugnate. Quod si vos quoq; mei miseratio aliqua tangit, tantoq; acrius hostium crudelitatem vlciscamur, neu vos moueat præsens calamitas, quæ tametsi, vt video, humana iam vitari non potest, attamen magna affectantem multa aduersa perferre necessum est. Nec olim fortunæ quadam temeritate, sed patientia & virtute, maiores nostri ex hostibus, aut præclaras victorias reportarunt, aut per gloriosam mortem immortalem sibi laudem pepererunt. Eum in modum in præsenti quoq; mea calamitate, hæc nobis maximè optanda sunt, vt morientes patriam nostram, in libertatem à crudelissima Barbarorum immanitate, asserere contendamus, aut si id non detur hoc saltem efficiamus, vt ita cuiq; omnium nostrum iu hoc casu eueniat, vt per hanc occasionem de toto orbe Cl. ristiano præclarissimè mereamur, qua quidem re uobis maius à Dijs immortalibus nihil dari potest. Igitur Solimannus, cum frustra se alias artes adhibere in potiendo Sigetho facile intelligeret, ferro extrema omnia tentare proposuit, ideoq; périculosissimum, & maximè formidabile certamen, in quo de rei summa decerneretur, IIII. Calendis Septemb. ( Decollatio Iohannis Baptiste infausta Hungaris, fausta hostibus, dies erat ) initum est, cum uniuersus exercitus, tam Asiaticus, quam Europæus, cum ipsis Janicarisis, totaq; Frætorianorum omnis generis militum infinita multiudine, ad oppugnandam arcem incubasset. Im-

patiens enim more Barbarus Imperator & irritarum op-  
pugnationum, accensus simul recordatione illius diei, quo &  
Ludouicun Regem cum vniuerso penè Hungarorum exercitu  
ad internectionem à se cæsum meminisset, fœlix ac faustum  
omen precatus, increpat isq; Kisiris expugnari iubet. Quin et ipse  
senili corpore languens, prisci tamen decoris auditus, suis accende-  
bat animos. Ianicularis primo loco subeuntibus miscetur prælium,  
fit atrox pugna, iam missilia missilibus, ignes ignibus, iam cor-  
pora corporibus, arma armis, vires viribus, opponendo, ad extre-  
num capto Ianicularorum Aga, ysq; multa clade affectis, præli-  
um excepere integri ac recentes, tūm prælium redintegratum,  
iterumq; alijs atq; alijs succendentibus agminibus, noctem totam  
& posterum diem oppugnando continuarunt. Nec ideo nostri  
remissus agere. Pridie nonas Septemb. eductis in conspectum  
totis copijs, et dispositis per turmas ac cohortes, parant prælium,  
materiam, ignem ac faces, egesta antea terra, vi tormentorum  
disiectis iam robaribus subiiciunt, inde materia in angusta arcis  
area, pro munimentis, & ad incerta fortunæ, vt talibus in op-  
pugnationibus fieri solet, comportata, ignem corripuit, inde mi-  
litum casæ. Itaq; simul pro ruinis pugnando, cædendo, Tur-  
cis iniucem succendentibus, nostris vix ad suspirandum spacio, de-  
niq; vi atq; flamma, in interiorem arcem compelluntur, in an-  
gulo sita, propugnaculi vicem habebat, intermedioq; ponte mul-  
ti obritti, multi cæsi ac præcipitati, hostium saevitiam perpepsi-  
sunt. Iam peruentum erat ad summas rerum difficultates: iam  
cuncti obseffos, præter unam animi virtutem constantiamq;, nam spes quoq; sera, defecerant. Hostis crebro insultare, vrge-  
re, oppugnare. Tandemq; V & I. Idus Septembris, paratis om-  
nibus,

nibus, misilia tela ignem vomentia, propinquis tectis in gerere, scandere muros, omnibusq; locis pugnare. Postremum ferro, & flamma nostri eo angustiæ redacti, patefactis portis erumpendam sibi in arcem exteriorem putarunt, ibi q; in orbem pugnando, pulcherrimi certaminis finem morte honestissima facere. Vbi constans fama est, & omnium Hungarorum belli peritorum iudicio comprobata, arcis oppugnationem constantissimo animo Comitem vltterius ducturum fuisse, non aliter quam Themistoclis virtus præclara Xerxis ingentes copias sustinuerat, & demum Zigelum orbi Christiano conseruaturum, interuentu Solimanni mortis, quæ tertia ab ipsa arce capta die contigit, nisi omnia vndiquaq; tam ab extrinsecus, quam ab intrinsecus flamarum vis et ignium ingens copia corripuiissent, ad eò ut cù tota flammis iam colliuceret corripereturq; area arcis, quas restinguere conatus est effectu grauius fuerit incertum est, paucitate quoq; suorum res fuisse corrupta. Unica pars, qua ex arce in oppidum ponte satis longo, itur, ab ignibus & flammis immunis erat, quæ tamen infinita barbarorum multitudine, temebatur. Quocirca non tam ferro hostili, quam flamarum magnitudine, & sudrum Zrinus paucitate vulneribusq; coactus, ponte iter adhuc præbente, in confertissimam, & innumerabilem hostium multitudinem, Comes mox erumpere cum suis statuit, cum iam ante paucos dies oppidum, in quo tota vis, & robur munitionum Zigelhi erat sustinendiq; hostis igne & ferro vastatum, prius solo penè æquatum, hosti cessisset. Arx enim propugnaculi modo loco habebatur.

Erupturus igitur Zrinus, ac terrible sui spectaculum editurus, postquam rei totius summa desperata fuisse, ut apparet

reret nullis rationibus, contra trecentena (tot enim qui minimum ponunt, qui plurimum, quingenta arma ferentiū fuisse radunt) barbarorum millia, tām exiguā vix trecentorum & maiori ex parte sauciorum manu, oppugnationem arcis diutius produci posse, vimq; ingentem sustineri, concione militum aduocata prius in portam, qua ponte oppidum arci iungitur, nam cætera omnia iam ignis erant, hunc ferè in modum suo exhortatum accessimus.

Quo in loco res nostræ sint, iuxta mecum omnes intelligitis, milites, quod si maiorum nostrorum res gestas in extremo hoc discrimine libeat paucis attingere: neq; nos certè aequum erit ab illorū p̄eclarē gesiis rebus, in hoc acerbissimo patriæ nostræ casu, degenerare. Illi domi militieq; multa profecti insigniter gesserunt, sæpè numero parua manu cum magnis legionibus hostium decertarunt, paruis copijs bella cum opulentissimis Regibus gesserunt: constatq; illorum egregiam virtutem insignia facinora patrauisse. Cum igitur hodiernus supremus nobis itidem omnibus dies sit, quo necessitas nos ita circumscriptis, ut vel memores nominis Christiani & immortalis glorie, datæ fidei Principi nostro, pietatisq; in patriam, decoris deniq; militaris, in quo haec tenus omnem vitam nostram non s. ne laude, nisi fallor, exercuimus, pro patria fortiter moriamur: Vel per summum dedecus, & turpitudinem in manus hostium deueniamus, que deniq; à flammis, quæ, cum omnia occuparint, imò in aream usq; castri peruererint, huic angustiarum nos redigerunt, consumamur: aut deniq; in miserando mancipati vistam morte acerbiorem & tarpiorem exigamus, vos hortor milites, ut fortis atq; parato animo sitis, nec quanta vis hostium ingratis

ingruat vestris animis proponatis, sed quid præsens locus; Et tempus postuleat, animo imperterritu examinetis: Vbi quem virtus, & arma non texerint, locus neq; hostis teget. Etenim quod iam nobis præter arma animosq;, nihil amplius fortuna reliquum fecerit, & quæ ac ego comilitones cernitis: Eo nimirum res, fortunasq; nostras redactas, ut nequaquam possint corrigi. Nec enim pro decore vniuersaliter, sed pro salute quoq; patriæ pugnabimus. Vbi qualiscunq; vis, virtusq; nostra futura est, talem post summum hoc prælium patriæ nostræ statum futurum, & nostram ad Principes posterosq; nostros memoriam transituoram, cogitare debetis. Scitote nostras nunc intueri manus, Principem nostrum, Europam & patriam, virtutem nostram aspicer. Cogitate, hic nobis non vnde vincendi potestatem, quam per gloriosam mortem oppetendi occasionem datam. Hic nobis terminum laborum nostrorum necessitas imposuit, vbi omnibus, inter victoriam, mortemque certa desperatione abruptis, aut vincere aut vbi id fortuna nobis innidit, in prælio potius, quam in fuga, nos mortem oppetere, præclarus erit: In hoc igitur prælium ituri, memineritis vos decus immortale, gloriam personam, libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima amittit, atq; patriam vestram, quæ vos genuit, in manibus vestris portare, Igitur, ne multi animas vestras amittatis, neu capti potius sicuti pecora trucidemini, quam virorum more, maiorum nostrorum exemplo, strenue pugnantes cruentam atq; luctuosam victoriam, hostibus relinquatis, efficite. Quocirca animus, ætas, virtus vestra, mihi tot periculis probata, me hortantur, ut sperem, vos strenuam, mihi Duci vestro & patriæ operam nauarturos; præterea necessitudo, quæ etiam timidos, fortes facit.

E

Qua

Qua exhortatione animi militum incitati, vnanimiter in hostem impetum facere statuunt. Hinc tormenta ingentia & machinæ repletæ portis, quibus infinita barbarorum multitudo, ingruebat, ad mouentur, Vbi admirandum sanè hoc accedit: Quod cum iam omnia essent desperata, sc̄q; quisq; pugnæ, in qua esset moriendum, accingeret, miles quidam habens uxorem nobili genere & forma præstantem, intrâ se statuisset, eandem coniugem suam, ne in manus Barbarorum perueniret, ipse interficere: Id vbi fœmina prudens animadvertisset, suppliciter deprecata maritum, vitam impetravit, dicens: Impium fore, si maritus suas manus coniugis, quam tantopere adamasset, suæ sanguine fœdaret, multò acerbius, si maritum coniunx optimæ indolis pudicitiae & formæ, in extremo discrimine deseraret, vel in mortis ipso acerbissimo casu. Scio, inquit, me tibi surasse, minimè te deserturam, etiam in vita discrimine, quapropter omnino mortis tue comes futura sum, ut quos amor in vita coniunxit, mors quoq; non separet. His dictis veste virili amictam maritus coniugem armis instruit, & iuxta ad latus sinistrum collocat. Interea Comes Zrinus amictus veste Holoferica cerulei coloris, poscit sibi ducentos aureos dari per Cubicularium, qui cum Turcicos attulisset, in terram abiecit, hoc tandem dicens, sibi cum Turcis non quicquam commune esse velle, iussitq; Principis sui aureos adferri, quorū centum ad dextram partem, centum ad sinistram in veste repositos collocauit, quos præmium sepulturæ, illi. quisquis tandem Barbarorum corpus humasset, fore dixit: suprema hæc verba profatus: suscepero, inquit, sepulturæ meæ præmium barbarorum alicui. Arma cum adferentur, quibus corpus muniret, recusauit, nihil illis

illis sibi opus esse dicens: ut qui iam videret pro patria sibi extre-  
mum discrimen adeundum esse, & strenue pugnando, illi vi-  
tam ipsam pulcherrima morte consecrandam. Vexillo igitur  
ingenti, inaurato, quod in una parte insignia Principis, in alte-  
ra regni Hungariæ habebat, supremum Magistratus sui insig-  
ne, quo non solum Sigethi præfecturam, sed quoque Generalis  
Capitanei partium regni Hungariæ cis Danubianarum Ma-  
gistratum acceperat (nam & hoc officium ges̄it) sinistra ma-  
nu prehendo, dextra terribilem gladium stringens, mandat su-  
bito reserari portas, quæ ubi panduntur, illico tormentorum  
maxima, iam ante ibi portæ admota & recondita, inflamman-  
tur atq; collibrantur, inq; oppositam Ianiculariorum, & confertiso  
simam omnis generis multitudinem hostium, iussu Comitis  
emittuntur, in hostibusq; vias & transitum patefaciunt. Quo-  
rum tanta vis fuerat, ut pomum inieclum nequaquam potuisset  
terram, sed caput hostile, propter infinitas Barbarorum copias  
decidendo tangere. Vbi tanta strages armorū, hostiumq; aream  
ante portas totam compleuit, ut propè difficilior transitus esset,  
per tot calauera cœforum hostium, quam per ingruentes & con-  
fertos hostes futura erat: incredibilis enim hominum strages,  
puncto temporis edita est. Nam non pilis tantum tormenta;  
quibus constipata acies certa ac miserabili clade lacerabatur,  
sed etiam taxillis ferreis, varijsq; metallorum frustulis, usq; ad  
summa ora compleuerant, quæ flamarum, & pilæ impetu ex-  
pulsa, grandinis modo, & tonitrii instar, in omnes partes lethali  
violentia dispergebantur. Tandemq; coorto fumo ingenti, Co-  
mes Zrinus, reseratis iam anteā subito portis  
Ut Leo magnanimus confertum fertur in hostem,

suosq; hunc in modum alloquitur. Sequimini me igitur Ducem  
vestrum, sicut haclenus strenue facere soliti estis, & efficite, ut  
simus.

Hostibus haud tergo, sed forti pectore noti.

Quibus dictis porta ad cædes & honestissimam mortem  
ruentes nostri effunduntur. Comes autem, cum per confertissi-  
mos hostes ferro obvia omnia sternet, ac strenue pugnando  
per Pontem coniunctum portæ, per quem transitus erat à castro  
in oppidum, hostium armis iam ante aliquot dies captum, erum-  
peret, terribiliq; sui spectaculum edendo; exceptus globo ex clo-  
peto, circa tempora, altero insinistro pectore, per Ianicularios, in  
ipso pontis exitu, ubi iam terram attigisset, concidit. Fœmina  
etiam, cuius paulò ante meminimus, ad sinistrum latus mariti,  
fortiter cum Barbaris dimicans occubuit, priusquam maritus  
interficeretur: ubi tanto ardore animorum pugnatum est, ut  
ex trecentis hominibus, non quatuor numero, viui in manus ho-  
stium peruererint: Et qui quenq; locus exceperat viuum, idem  
mortuum texit. Postquam infinitam hostium stragem edidis-  
sent, omnes magnanime occubuere, inter quos fuerunt Nobis-  
lissimæ & antiquissimæ stirpis, Georgius Chaky, Ioannes  
Baiony, Andreas Byka, Petrus Farkassy, Georgius  
Kechkefs, & alijs complures, ex præcipua Nobilitate, Nepos  
Zrinij ex sorore egregia Virtute adolescens insignis, Caspar  
Alapi, viuis in hostium manus peruenit, & Franciscus qui-  
dam Secretarius, simul & Cubicularius ille, qui 200 paulò an-  
te aureos Comiti iubenti, ut superius dictum est, depropmse-  
rat: quæ hostium Victoria, maxima & incredibili hominum  
clade constitit, nec enim viui modo, sed mortui quoq;, ab hosti-  
bus

bus velut pœnas exposcebant, cum in turrim quandam saxeam puluere Sulphureo & missilibus ignibus completam, desperatis iam rebus, funiculos igne succensos, arte collocassent. Igitur capta arce, cum innumera multitudo irrupisset, nec arcem modo atq; oppidum opplesset, mixtis primoribus ex totis castris, sed circum patentem campum, tum repente inflammatis pulueribus, disiectis turri lapidibus, per omnes partes, missilia tela, & saxa, quoquouorsum inciderant, confertissimos hostes magno numero consumpsere, nec cominus tantum, sed eminus etiam, eadem periclitantium sors, dum saxa per aërem volitantia, ignes q; missiles corriperent, obruerent q; mortales, velocitate malorum effugium præueniente, saucij, semineces, expirantes, ambusci, artus q; disceptorum militum, cum ingenti strage cœsorum horrendum spectaculum visabantur. Et constans fama est excepta quoq; ex commentarijs Imperatorij Turcarum hac op- pugnatione, vltra triginta millia Turcarum desiderata. Vbi certè admirandum & illud accidit, quod cum spacio triginta quinq; dierum, infinitam multitudinem Barbarorum, forti ani- mo saucij pleriq; nostri sustinuissent, tamen non unicum reper- tum fuisse, qui in tam acerbissimo vitæ discrimine deditio- nis, vel mentionem solummodo fecisset. Omnes mori potius malu- ère, quam fœdari. Tanta in omnibus fides in Principem, tantus in patriam amor extitit. Atq; hunc exitum Clau- strum hoc Europæi orbis habuit, cum Zrinio & cetero præ- dio, reliquæ Hungariæ appendices tantum supererant, si  
Priscum imperium spectes, Giwla turpiter  
quoq; amissa &c.

Locus ex Pauli Iouij Historiarum libro 36.  
Tomo secundo parte altera fol: 64.

Pse autem Caczianer castrorum signorumq; suorum impius  
Idesertor, cum profugisset ad Castellum suum, à cunctis prodi-  
tionis exercitus accusabatur, & tanquam inexpiabilis infa-  
miæ totius patriæ labes, & publicæ cladis author, malediculis in-  
cessebatur, sic ut ne prædire in publicum, nec cœlestem lucem  
aspicere posse diceretur, tanta siquidem deflagrabat inuidia,  
tantoq; odio apud omnes Regie Aulæ ordines laborabat, ut in  
eum famosa carmina argutè factitata, per omnes Germaniæ  
Urbes à pueris cantarentur, sic, ut eum pro trophæo, quod refer-  
ri debuerat, coronaq; Victoriae, furcam & laqueum meruisse di-  
cerent, adderentq; pari merito ei supplicij consortes Schlitum  
Boemum, & Vnganotum Stirianum, ac Stambechium, Ca-  
rinthium, qui Ducum omnium fugaciissimi fuissent. Quibus  
execrationibus miserè perstrictus Caczianer, postulauit à rege,  
ut sibi tuto venire ad dicendam causam liceret: nam paulo ante  
scriperat ad Senatum prouinciæ Carniolæq; præfectos, famam  
suam contra ius & æquum à calumniatoribus inimicis suis ma-  
ledicentissimè lacerari, propterea se ituram Viennam purgandi  
sui causa, & iniquè obiecta præclaris insignium virorum testi-  
monijs diluturum, sperareq; se pro sua anteactæ Vitæ cunctis  
in bellis fide virtuteq;, ut cum multas res pro regis dignitate  
atq; amplitudine prospere gesserit, pristinam ab eius clementia  
gratiam recuperaturum, quando ea calamitosi belli errata, fata-  
li potius impulsu, quam hominum errore prouenissent. Con-  
cessit rex, ut tutò veniret, exceptusq; est ambiguo vultu, sed  
cum

cum eius cauſſæ cognitio disceptatore Rege, aliquantò longius, quām reus volebat, protraheretur, atq; interim honesta sub custodia seruaretur, Caczianer moræ impatiens, & de damnatione ſalute q; subdubitans, effugere quām iudicium expectare maluit: simulato namq; morbo, latericum ſub cubili paumentum noctu ſenſum per commiſſuras cultello ſcaplens, uno atq; altero facile exempto laterculo, ſubiectam teſtudinem aperuit, atq; inde ex linneis lodicibus effecto fune ſe demifit, & fæliciter effugit, cum paratos extra arcem ex condicto equos ad fugam celeres arri- puiffet. Nec multò poſt, vt erat fluctuoso atq; præcipiti in- genio vir, desperatis rebus ad Turcas tranſiuit eum libenter excipiente Mahometo, pollicente q; ei, præter opima ſtipendia, totius Croatiæ præfecturam, ad imaginem beneficiary regni, ſi Solymano ſyncera fide ad ſubigendas Aſtriani imperij urbes operam præſtaret. Tūm verò conſtituta iam præſcriptis le- gibus tranſitione, ut cum aliquo munere ad Mahometem redi- ret, cum NICOLAO ZRINIO eiusdem prouinciae re- gulo, ſibi vii rebatur amicissimo, fidentius agere cœpit, ut una ſecum tranſiret, in ſpem certiſſimi p̄famij, quando Solimannus erga ambos, non ſecus ac cum Ioanne rege liberaliter egiffet, beneficentissimè aſtrurus exiſtimata debaret. Promifit tūm ZRINIVS, aut certè ſe promittere ſimulauit, in ſenten- tiam inuitantis confeſſuram, parataq; & inſtructa tranſitione, cum ala familiarium equitum ei tranſianti comitem futurum. Verum ZRINIVS, conuerſo animo impietatis dedecus & tanti ſceleris facinus ſecum reputans, in amicū veterem, vel nihil tale domi ſuæ expectantem, perfidiam exercere, quām regem aut religionis nomen offendere, maluit, Caczianeremq;


poſt

post expulas dirus hospes obtruncavit, ita, detruncatum caput inuisi, & merito damnati ducis ad regem mitteret &c.



IOHANNES SOMMERVS PIR.  
nensis, in Regibus Pannoniæ de  
capto Sigetho.

**A**llter ab hoc clarus Solymanni funere, nuper  
Mœnia Sigethi strauerat annus humi.  
Mœnia multiplici nouies defensa labore,  
Quæ stagnans gemina fossa tuetur aqua.  
Captaq; funestis arx Iulia cladibus, hosti  
Cesserat, externum pertuleratq; ingum.



Effigies



**E F F I G I E S N I C O L A I C O M I T I S**  
**Z E R I N I V N A C V M A L I Q U O T E P H**  
taphys & carminibus in laudem eius  
scriptis.

**N**Lustri & hæreditario à Z R I N I O Comiti,  
N I C O L A O, Heroi incomparabili, Phœ-  
nici Hungariæ, non minus fortitudine  
Heroica, quam honestissima morte to-  
to terrarum orbe notissimo, ut qui in oppugnati-  
one Sigethana, quam triginta quinq; dierum spa-  
cio fortissimè sustinuit, contra potentissimum  
Turcarum Regem Solymannum, non solum ip-  
se pulcherrimo exemplo pro patria occubuit, sed  
ipsum quoq; Solymannum, nimia animi ægritu-  
dine, victor victo morte parentans, mori coegit  
E M E R I C V S F O R G A C H Baro à Gymes Equ:au-  
rat: ac Comes Trinchiniensis gener socero  
cariss,& B. D. S. M . pietatis  
ergo P. C.



IN IMAGINEM ZERINII  
NON ARMATI, EPIGRAMMA  
Petri Albini.

**H**ec est extremum Zrinij erumpentis imago  
Cum fremit u, ex castro firma Sigetha tuo.  
Tunc etenim renuit cingi fulgentibus armis  
Heros, ante quibus saepius usus erat;  
Desperata salus, & spes cum senior esset,  
Restaret virtus unica cumq; viris,  
Ite citi, dixit, (non hoc non postulat arma  
Tempus) inaugratum ferte mihi clipeum,  
Ferte ensim patrium, vexillum principis: hac me  
Cernet mox vestis serica in hoste mori.  
Eia agite, unanimes pulchrum certamen honestae  
Mecum hodie in vieti, mortis, inite viri.  
Nulla salus castro, totum tenet hostis & ignis,  
Indomitoq; ignis senior hoste furit.  
Non nos hostis atrox vincit, sed missus ab Orco  
Mulciber, & Fatum quod premit; Hungariæ  
Mænia viæla iacent, ô mænia cara, Sigethæ;  
Sola viris virtus in violata manet:  
Hæc nos viætores faciet cælog, locabit,  
Ite modo & paſtam non temerare fidem.  
Sic ait & medios ultrò morituros in hostes  
Proruit, infrendens ut solet ore Leo.  
Pons erat, hic arcem capta dirimebat ab urbe.  
Qui rapido solus liber ab igne fuit,

Cuncta

EFFIGIES COMITIS SERINII  
eo habitu depicti, quo contrà hostem oppetijt.



Inscratur inter fol: F 1 & F 2



Cuncta ibi Zerinius cum sterneret obvia ferro,  
Tangeret & iunctum vix pedis ære solū,  
Glans expulsa cava ferijt pia tempora canna,  
Mox alter petijt pectora lœva globus:  
Concidit ad terram exanimis fortissimus Heros,  
Et patriæ solvit debita lytra su.e.  
Non fuit in toto mors pulchrior orbe: nec unquam  
Vlla viri fato nobiliore fuit.  
Clades sola fuit, quod mors occulta Tyranni  
Magnanimi impeditj fortia facta viri.  
Nunc stares aliâs non expugnata Sigetha  
Arte Themistoclis libera facta tui.  
Cedite Romani viatores, cedite Gray  
Incolmis quorm patria morte fuit:  
Te Zrinius Curti superat, si in milite caussa  
Est potior, iusti quam pius ardor alit,  
Te penè exuperat Zrinius Machabæe: sed ambo  
In Legis fortes occubuitis opem.  
Vivite felices animæ: tuq; inclyte Iuda,  
In Syrio est cuius mors celebrata solo:  
Addite tuq; recens nuper Machabæe vestito,  
Pannonio est cuius mors celebrata solo.  
Vivite: & hoc precium devotæ mortis habete,  
Ut pereant nullo nomina vestra die.  
At tu posteritas imitare exempla priorum,  
Libera sicq; iugo Patria ab hosti serit.



# EPICEDION AVCTO- RE NON NOMINATO.

H  
ostibus ut vidit diris & cedere fatis  
Credita virtuti mœnia celsa sua,  
Servata & à me olim, nunc me servabitis, inquit,  
Arces, & pugnans ZRINIVS occubuit.  
Imodo te iacta quantumvis Roma: Liburnis  
Et sunt, qua mortem, pectora, despiciunt.

Sequuntur Chronodisticha.

NICOLAVS SERINV S CO-  
mes, bellator fortiss: occubat  
Anno 1566.

Pro grege bellagerens & Lege Serinius heros  
Occidit, ò Lato Dignus honore COLI.


## ALITER.

Turcicus expugnat Sigethi castra tyrannus  
Dux noster fædis occubuitq; vegetis.

Bernh. Sturmius.



EPI-



EPIGRAMMA.  
IN INSIGNIA GENTILICIA  
ILLUSTRISSIMAE FAMILIAE  
Comitum à Zrinio.

Ipsa' quidem virtus, precium sibi sola , nec unq;  
Laudibus exoptat vani clarescere vulgi.  
Quoniam secura nitet , nullius & indiga laudis  
Omnia de summa mortalia despicit arce .  
Hanc tamen ex merito, quid.n. submersa tenebris

Proderit? ultrō sui semper comitantur bonores,  
Conscia gestarum sequitur præstantia rerum.  
Arguit hoc Turris Chak, quam sibi Zrinius olim  
Ipse sua virtute potens quæsi verat, unde  
Ille sue gentis stirpes superaverit omnes.  
Nā, si quod celebre est, plus sit servasse repertum  
Quam quæsi se decus, Comes hic perfecit utrumq;  
Virtutemq; docet nos nobilitare, perire  
Omnibus hanc, quorum laus est in origine sola.  
Quid memorem stellas, quas ambit Turris utrinq;  
Altera res gestas orbis patefecit, & Indis  
Traxit ad Antipodes, haec res, famamq; perennem  
Gadibus ex ipsis Gangem penetravit, & ortum,  
Hinc ubi et Herculeas fertur tetigisse columnas  
Altum Regina dedit maioribus alas  
Quæis superando solum nitidis caput intulit astris.  
Inde patens scutum pectus designat apertum,  
Designat constans & robur stirpis avitæ,  
Ingeniumq; ferox signat Crocodilus in hostes  
Pro patria, pugna cupiens profundere vitam.  
Huius destra fuit medios spectata per hostes,  
Et virtus nunc clara nitet, nam quæ modo floret  
Hanc peperit nobis præstanti morte quietem.  
Qui virtute decus volet, atq; potentibus armis  
Cernere præclarum, patriæq; videre parentem.  
Non opus Ausonios oculis lustrare Quirinos,  
Hectora Troianū, magnumq; Agamemnona regē,  
Olim quemq; suæ pulcerrima lumina gentis,  
Nil minor est istis, quin æqua domestica virtus,

Pannoni-

Pannonidum splendor, quo non præstantior alter,  
Zrinius Illustris Diuum genus atq; propago.  
Vos etiam nati accensi virtute paterna,  
Ite super titulos, & a Vitæ stirpis honores.  
Es fælix igitur FORGACHI, maximus Heros  
Cui natæ in thalamū dederat, propriamq; dicârat.

Matth: Ilovvz:


A D G E O R G V M S Z R I N I V M  
C O M I T E M I L L V S T R E M , C V I V S  
opera feliciter Vngaria vtitur in impediendis  
Turcarum molitionibus.

T<sup>V</sup>ero surgens florentibus integer annis,  
Nec non maganimum Heroum decus atq; parentis,  
Ante alios præstans Vera pietate GEORGI  
S Z R I N I , tu patriæ ffes altera sola ruentis,  
Perge viam nec cede malis, ardenter ito  
Per iuga virtutum, victriciaq; arma capesse.  
Vincat amor patriæ, pietas, laudumq; cupido  
Exorere ô tandem miserandis manibus ultor,  
Et Mahometigenas terraq; mariq; latrones,  
Vi vel fraude potens noctuq; dieq; sequaris.  
Et rabiem indomitam tanti compescere tyranni,  
Quassatas etiam regni discrimine partes  
Erige, ne tantus bellorum fluctus in orbe  
Exsurgat, miseram minitans certamq; ruinam;  
Tartaricamq; simul rabiem constringe potenter;

Cor.

*Corruat illa tuis manibus, gemitus eruentam  
Sternat humum, nec sit tanti plus causa doloris.  
Tartara gens nostrum nunque; concendet in orbe,  
Quae prædura cohors neglectæ prodigæ vitæ,  
More feræ sylvis & furto assueta, cruentis  
Artibus, & tabo cœsorum uescitur atro :*

Michaël Cibradi  
Vngarus.



AD

**A D C A S P A R E M P E C H Y , E T**  
**A L I O S , Q V I I L L V S T R I S C O M I T I S**  
**N I C O L A I Z E R I N I , p r o p a t r i a f o r t i s s i m è n e c m i -**  
**n u s m a g n a n i m è o c c u m b e n t i s v i r t u t e m g r a t a**  
**p i e t a t e , & v t i p a t r e m p a t r i a e**  
**c e l e b r a n t .**

**S**Ic ubi viridi virgo consedit in horto,  
Oua de rupe recens emanat potus aquarum,  
Nunc varios molli decerpit pollice flores,  
Candida luteolis nunc iungit lilia Calthis,  
Nunc flores hyacinthe tuos, violasq; capessit:  
Quosq; loco primo quos nescia forte, secundo  
Carperet, ambiguam versat sententia mentem:  
Sic ubi virtutem, belloq;, togaq;, potentis  
Militaeq;, domiq;, iubet percurrere candor  
Magnanimi Comitis Zrini, qui fortis in armis,  
Tollere Solimanum, patriaeq; impendere vitam  
Ausus erat, simul aduersis occumbere fatis:  
Nescius anne prius speciem virtutis, auarma.  
Persequar, an constans & formidabile robur  
Pectoris, haud aliter tumido quam puppis in alto  
Iactatur velis, ferturq; reciproca sursum.  
Sic buc nunc rapior sensu, nunc prouehor illuc,  
Cum lateat, quo sit potior, num pace vel armis.  
Martis ubi cessauit opus: non destitit vnquam  
Cum duce Graia loqui, nec non Romana vetustas.  
Si memorem genus, & proanos, ab origine clarum

Semideum genus Illustris traxisse videtur :  
Ut non Aeneas Veneris de semine cretus ,  
Aut satus è magno Scipio loue maior haberet.  
Pq̄ sit, quos ambos & Marte , & Stemmate vicit .  
Si res enumerem gestas, tunc ille Columnas  
Herculeas longè superat, quin Cælifer Atlas ,  
Cedet ijs, quamvis immensi pondera Cæli  
Sustineat, tantis fuit obrutus iste proceliis .  
Cura fuit seruare fidem, regemq; tueri ,  
Virtutemq; sequi, patriæq; impendere vitam ,  
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo .  
Nec Decijs sua Roma . suo non Attica Codro  
Pluris erat, fatis olim quas fortiter urbes  
Eriputere malis, quando profundere vitam  
Pro patria voluere suam, quam sola Zerini  
Vita fuit constans nullis absterrita fatis .  
Tantus amor patriæ, fidei constantia tanta .  
Pulchrum Pannoniae certè decus, omnia constat  
Quicquid ore ins animo conceperat, esse peracta .  
Si quoties patriæ casus, rerumq; pericla ,  
Foscebant, non is vitæ, studioq; pepercit .  
Imò nibil vitæ peragi sine laude placebat .  
Omnia tentauit, primusq; ruebat in hostes ,  
Omne ænum ferro, clarus Virtute perenni  
Exegit, subito primis Generosus ab annis .  
Ardua virtutis, vulcaniaq; arma secutus .  
Hic quoties acies fuerat ducturus in hostem  
Sciuit quam sint castra loco ponenda salubri ,

Sciuit

Sciuit ubi cuneos densari, ubi cornua tendi;  
Aut iterum fletri res postulet, omnia summo  
Disposuit studio, fauces in montibus hosti  
Eripere, ac tandem grassari fortibus ausis;  
Nec modo iam doctus pugnandi Marte, sed arte  
Sciuerat ex usu, fuerint quæ montibus aptæ,  
Quæ campis acies, quæ cladi accommoda vallis.  
Hinc eques in medias Equitum prorumpere turmas,  
Hinc pedes, & peditum scibat firmare cohortes  
Quo duce, quisq; virum tantò iam promptius ibat  
Per medias flamas, per saxa, per arma, per hostes,  
Quantò ducis virtus vel notior hostibus esset.  
Curtius æterno quod se deuouit Auerno  
Non tantum peperit laudis, quantum tibi debet  
Tosteritas, ut qui non solum morte peremptus  
Occubis, verùm tot & hostes mittis in Orcum,  
Ac ubi nec ferro mentem vicisse nec auro,  
Solimanus poterat, tibi viator morte parentat.  
Nec sat ad extremum, post tot discrimina rerum,  
Caniciem galea ut premeres, fuit, ipsa sententia  
Abstulit haud vires animi, vegetumq; vigorem.  
Ni quoq; pro patria vitam cùm morte profundas.  
Ergo quod superat pinus præcelsa myricas.  
Hoc reliquos proceres superat virtute Zerini;  
Dum fuerint lato squamosi gurgite pisces.  
Dentati & celsis frendentes montibus apri.  
Semper honos Comitis laudesq; per ora volabunt,  
Et patriæ patris, citius conuersa recurrent

Flumina, quām pereat post hac tua fama perennis.  
Illustris animis ergo castiq. Poëtæ,  
Quos ornat chorus Aonidum decorantq. Camenæ?  
Pannonia quos genuit, quos nutrit Teutona tellus,  
Ite, nec immerito laudes, famamq. perennem,  
**VIRTUTISq. DECUS: MAGNUM CELEBRATE ZERINVM.**

Mathias Iloczy Pannon.

**ALIVD IN EFFIGIEM EIVDEM IL-  
lustris Comitis à ZRINIO, &c.**

**H**Æc ZRINI facies, formosi hæc oris imago  
Hoc Thracio auulsum nuper ab ense caput.  
Quam bene deuouti speciosos Zrinius annos,  
Quam bene contempto se patriæ hoste sacrat.  
Aſpicijs ut patriæ ingentem frons spirat amorem  
Seq; ſemel tantum ſic obijſſe dolet?  
Aſpicias ut tabo atq; hostili pieta renidet  
Sanguine, & ut metui ſic quoq; ab hoste cupit?  
Tam bene non potuit viuum ars effingere, quām mors  
Fuci exſpers pictum poſt ſua fata dedit.  
Ergo quid inuictos iactas Romane Camillos?  
Quid Fabios? gentis numina magna tuæ?  
Viui illi: hic etiam auulsa ceruice triumphat,  
Illi vīctores: hic quoq; vīctus oīvat.  
Vitam illi ex fragili ſperabant marmore: vitam  
Hic patriæ tumulis, marmoribusq; dedit.

Illi

Illi ipsi sibi , at huic hostis locat ipse trophæum,  
Pro patria extinclum restituens patriæ.  
Illi urbem : hic orbem pacatum reddidit, Illi  
Ferro hostes , ferro hic conficit, atque mora.  
Inunc, & veteres Heroas suspice : gignit  
Roma patres patriæ, Pannonis ora D E O S.

Nicolaus Rhedingerus à Strissa, &c. Praefecti  
vrbis, & Ducatus Vratislauiensis fi-  
lius faciebat.

### EPI T A P H I V M

Illustris Comitis, & Magnanimi Heroe  
NICOLAI à ZRINIO.

A rtificis prudens faciem solertia pinxit  
Zrinyj, fortē animū pingere non potuit.  
Pectoris inuictum robur superauerit omnes  
Gracia quos coluit, quos Latium artifices :  
Semideum soboles heroum pulchra propago  
Æternam viues maior imaginibus.  
Fama tuas laudes, nomenq; per æthera sparget,  
Et te cantabit sedula posteritas.

Casparus Peczijs, Augustæ & æternæ me-  
moriæ Imperatori Ferdinando à Se-  
cretis & consilijs.

## A L I V D.

FVnera Zeriny rapuere cruenta Zigethum.  
Sigeum Hectorea clade velut cecidit.  
Mars gemit: eheu quot singultibus æthera pulsans,  
Ereptum queritur Pannonis ora ducem.  
Te propter lituq; ensesq; & tela virorum,  
Quis putet? insolitis triste sonant lachrymis.  
Accipe nunc igitur venalem sanguine laurum,  
Pro patriaq; obitæ nomina mortis habe.

Salomon Besnerus Germanus.

## A L I V D.

NICOLEVM Zrini populis, opibusq; potentem  
Et patrem patriæ pœta tabella refert.  
Quo duce Zultanus quantum vexatus in aruo,  
Offa Zigethino nunc quoq; fusa probant.  
Non tantum maduit spumanti sanguine tellus  
Cum caderet Graia Dardana Troia manu,  
Vidimus hostili perfusos sanguine campos,  
Læta cadaueribus vidimus arua tegi:  
In trepido sed dum sua milite regna tuetur,  
In Christi claudit fata suprema fide.  
Occidit, & magnum impleuit virtutibus orbem,  
Altaq; iam fama contigit astra sua,

Nam

Nam licet ad magnos victoria cesserit hostes,

Arma tamen causa pro meliore tulit.

Leta volubilibus victoria passibus errat,

Et magni reges, & cecidere duces.

Nicolaus Sickolssy Minister Ecclesiae Massiensis, ad Danubium, quo loco delitiæ Priscorum Regum Hungariae, & horti ad mirandi spectabantur, simul & corona Regni custodiebantur, qui & ipse oppugnationi interfuit.

#### IN ZERINIVM ET FORGACHIVM.

Define, Roma, tuos tandem iactare Catones:

Fabriciosq; tuos, Scipiadesq; tuos:

Et qui Brutorum generoso stemmate clari,

Turgent, ob patriæ reddita iura suæ.

En duo Pannoniae, Forgachius atque Zerinus,

Lumina: seu pacem, seu magis arma probes:

Æqui parant faciliq;, omnes, mentisq;, Catones,

Fabricios, brutos, Scipiadasq;, suis.

Imò adeò anteeunt facili meritisq; Catones,

Fabricios, brutos, Scipiadasq;, suis.

#### ALLVSIO AD IPSOS, EIVSDEM.

CVm tibi FORGACHI, sociatis fœdera lecli,

Sponderet roseo blandidula ore Venus:

Hoc voluit mauors; horrendamq; ægida quassans,

Hæc, ait, huic thorus, hac inolla strata sient.

Subrisit Venus, & Mauorti Heroa Zerinum,

(Filia nempè buius sponsa futura fuit.)

Ostendens

Ostendens tereti digito : Num nam ergo iugalis  
Obfuit huic, inquit, forsitan ad arma thoros ?  
At ego cum tales sociali fœdere iungam :  
Atq. isti socero, Mars, erit iste Gener.  
Ambiguum faciam, fuerit vel pace vel armis ,  
Fortior anne sacer, fortior anne Gener .

Salomon Besnerus Germanus.

A L I V D.

OB patriam, & leges, nec non virtutis amorem ,  
Multi praestantes occubueré Viri ,  
Quorum perpetuo viget inclita fama per orbem ,  
Solis in Eois, occiduisq; plagis .  
Ut patriam à saeo seruaret Floratius hoste ,  
Vita discrimen promptus adire fuit .  
Morte sua Codrus communia damna leuauit ,  
Militis ignotus cum perit ille manu .  
Curtius in vastum se vltro coniecit Auernum ,  
Pestifer illius ut funere cesset odor .  
Spontè sua leges, & propter iura Lycurgus ,  
Perpetuus patrys finibus exul erat .  
Quis, precor, Attilij largo licet ore dolores  
Explicet, ob patriæ commoda multa suæ ?  
Hos amor in patriam post mortem & fama perennis  
Impulit, & virtus nescia vera mori .  
Proiecta ut penitus gelida formidine mortis ,  
Pro patriæ tulerint sponte salute, necem .

Iustior

*Iustior at Comitem promouit caussa Zerinum  
Quod rigidæ voluit iura subire necis.  
Nimirum leges abolentem & iura Tyrannum  
Templaq; syncera & cum pietate fidem.  
Ad fœda innuptas rapientem & supra puellas,  
(Cuius & immani dextera cœde tepet)  
Christiadum à iugulo dum infracta mente repellit,  
Mergit & innumeros tartara ad ima Getas.  
Occidit æternos victurum sydus in annos,  
Summa Lyburuiaci fama decusq; soli.  
Sed mors illius Solimanni morte Tyranni  
Perpetuo in terris nobilitata manet.  
Ergo dum memori Solimanni nomen in ævo  
Et tua perpetuo fama vigebit, erit.  
Interea placida requiescas conditus urna  
Heros, diuiniis adnumerande viris.  
Effuso tibi dum Christi pro plebe cruento  
Dona feret Christus sanguinolenta, suo.*

**Christianus Scheseris Transsyluanus.**

**A L I V D.**

*Q*valis in extrema facie, vultuq; virili  
Zrinus extiterat, picta tabella refert.  
Mentis at effigiem, pietatem, & bellica facta,  
Pingere pictoris non valuere manus.  
Historiae hoc referunt, præsens testatur & ætas,  
Ventura, at summis prosequitur lachrymis.

**H** **Acer**

*Acer' in aduersas fuerat Mauorte Phalanges  
Turcarum, at patriæ semper amator erat.  
Fortiter ac tandem, ut patriam tutando misellam,  
In Zigeth occubuit, Pannonis ora gemit.*

## ALIVD AD SPECTATOREM.

*H*Æc tibi NICLAVM monstrat pictura Zerinum,  
Mentis at effigiem nulla Tabella dabit  
Dux erat hic sapiens, audax, milesq; tremendus  
Hostibus, in Christi qui fremuere gregem.  
Innumeras ausus Turcarum Marte Phalanges  
Tentare, & vires en Solymanne tuas.  
Ac dum percupide patriam defendere dulcem  
Nititur, & Zygethy mœnia clara soli:  
Fortiter occubit crudeli Cœsus ab hoste  
Pannonijs linquens nomen in orbe suum.

## A L I V D.

*Z*rinius ut patriam tutando fortiter Heros  
In Zygeth occubuit, Pannonis ora gemit.

*H*æc Tria, Paulus Puah Miskolcius  
Hungarus faciebat.

## IN EFFIGIEM ZRINI.

*P*icta Talella refert summi ducis ora Zerini,  
Quiq; nitor pulchro fulsit in ore viri.  
Hic etiam fuerat patriæ spes altera nostræ,  
Zrinius Hungariæ lux Generosa suæ.

*Hic*

Hic Mahometigenas compresſit Marte Phalanges,  
Linquens sic studij fulgida signa ſui.  
Tunc quoq; cum Patriam Solimannus perdere vellet,  
Conatur studio promptus ad eſſe ſuo.  
Oppofuit ſeſe fultus pietatis amore,  
Sedulus ut palmam victor ab hoſte ferat.  
Ut ſacra religio Synceraq; gloria Christi  
Staret, ab impuro libera tota ſitu.  
Huius erat ſtadium Christo benē viuere ſemper,  
Et sanctæ plenum cor pietatis erat.  
Occidit ac tandem fatis melioribus uſus,  
Poſſidet Empirei gaudia summa Poli.

Michel Cibradi Rector Scholæ  
Ceglediensis. Pannonicus.

#### A L I V D.

HÆc facies, quam cernis, erat veneranda ZERINI,  
Magnanus mortem quando aditurus erat.  
Ora potest faciemq; viri, corpusq; decorum  
Artifici pictor continuare manu,  
Sed quas robusto dotes in pectore geſſit  
Nullus Apellea ſignificabit ope.  
Iam senior multos exegerat optimus annos  
Nec tamen huic animi debile robur erat.  
Sic natura etenim retinet generosa vigorem,  
Quamuis annosa ſub grauitate, ſuum.  
Nobilis antiquo maiorum ſtemmate, verum  
Nobiliar meritis extitit ille ſuis.

*Pri nis cura fuit Christum cognoscere ab annis,*

*Præmia cui probitas mox pietatis erant.*

*Acer & ingenio dubijs consultor acutus*

*Rebus erat, subitaq; ingeniosus ope.*

*Non aliis belli duxor præstantior illo,*

*Nec quisquam dextræ firmior arte fuit,  
Casibus aduersis pariter, pariterq; secundis*

*Inmota semper mente animoq; stetit.*

*At patriæ telluris amans, osoq; virorum,*

*Quos spes, aut leuitas flecteret, usq; fuit.*

*Deniq; quid referam, pro Christo Rege, quod ille*

*Pro patria pulchrum censuit esse mori?*

*Si duo præterea tales hæc terra tulisset,*

*Turca ferox sumta clade, iaceret humi.*

*Vos proceres quorum fidei commissa seueræ*

*Praesidia, extremæq; urbis & Arcis opes,  
Cernitis ut piëtam nitida sub imagine formam*

*Z R I N I A virtutis det documenta fides.*

*Aspicite annosa non horret ut ille senecta,*

*Prælia sanguinea continuare manu,*

*Non illi sæuæ coniunx pulcherrima mortis*

*Propositum, blanda sustulit usq; prece,*

*Pignora nec thalami, soboles virtute paterna*

*Insignis, vita plus adamata sua.*

*At spes forte virum post prælia trusit inanis?*

*Quæ fortes etiam præcipitare solet.*

*Sed quid speraret tanto discrimine rerum,*

*Indubiam dubia spe subeundo necem.*

*Pauper-*

**P**aupertasne virum tot casibus obtulit æquum?  
Ditior at nemo hac conditione fuit.  
**D**iues opum, multa diuesq; & splendidus aula,  
Diues agri, diues milite, seruitio.  
**A**nne magis quia non aliter fecisse licebat?  
Nec mutare datum est, vi dominante, malum?  
**H**aud equidem, poteratq; citus, nisi caussa fuisset  
His grauior, vita & consuluisse suæ.  
**S**ed patriæ telluris amor, fidei q; verenda,  
Religio & facti gloria magnifici  
**M**agnanimum mouere virum, ne parcere vita  
Mallet, quam dubiam morte subire necers.  
**E**rgo agite ô Proceres si quos fortuna cruentæ  
Ad cædem pugnæ, fatali summa vocant.  
**N**e dubitate animam moriendo fundere fortem,  
Turpius ignava est deditio nibil.  
**G**loria sic vestrum factis extendet in orbe  
Nomen, quod recolat candida posteritas.  
**Z**RINIA nonne vides toto quam fulgeat orbe  
Gloria, perpetua nobilitate decens.  
**I**llius haud e quidem famam septem fluvius Ister  
Terminat, ad Tyberim iam Rhodanumq; viget.  
**Q**uin etiam fidei constans immotaq; virtus  
Litteribus fertur fulgida Threicys.  
**A**t si tantus amor vita, sobolisq; pieq;  
Coniugis, & si quid linquere triste putas.  
**N**on tamen hanc animam vestro retinebitis unquam  
Arbitrie, citior stat sua cuiq; dies.

*Omnia sunt linquenda, tamen sed vivere deinceps  
Ni cupias pulchro laudis honore, furis.*

*Gloria vos acuat vestra de gente Zerini  
Non moritur virtus intereunte viro.*

**Valentinus Hellowpœus**  
**Zixouius Vngarus.**

A L I V D.

**ZRINIVS** hic situs est, cui non virtutis egenti  
Abstulit immeritum barbarus ense caput,  
Præmia quæ laudum meruit florente iuuenta  
Redditit intrepida fulgidiora nece,  
Scilicet ut pacem patriæ, legesq; tuendas  
Consilijs, opibus, credidit, utq; manu:  
Pectore sic animam, forti profundere fidam  
Non dubitat patria depereunte, suam,  
Sed tua (Crede mihi) fortissime gloria Zrini,  
Flumina dum stabunt, stabit honore nitens.  
Et quæ vita tibi est sœuis exempta periclis,  
Æternos aderit, non moritura dies.

**Valentinus Hellowpœus Zixouius Vngarus,**

A L I V D.

**V**T patriæ fortis pro legibus occubat Hector,  
**ZRINIVS**, interiit quoq; noster.  
Verum Priamidæ concedit gloria nostro,  
Nam patria hunc peritura peremit,

*Istius*

Istius ad patriæ est Ecclesia, cuius amore  
Intrepidus sua fata subiuit,  
Nec tamen, obfessus quamuis, occumbit inultus  
Innumeros quia perdidit hostes.  
Haud potuere Getæ Sztygetinam scandere ad Arcem  
Hoc domito nisi vulnere primum,  
Hanc animam pater omnipotens cœlestibus adde  
Spiritus: bone tuq; viator  
Dic, pia Zerini quam molliter ossa quiescant,  
Dum litu Angelici reuocabunt.  
Occumbit miserum Zrinius in modum,  
Si fors hæc misera est, gloria quam facit  
Constanter redimendam  
Propter Christicolum fidem

Ego Turca ferox sanguinea nece  
Fulgens canicie justulerit caput.  
O rem, quam satis haud sit  
Ut multæ lacrimæ pient.  
Non te prisca fides, hostibus integra,  
Non te magnanimum robur, & impetus  
Præstans motus, & ardens  
Virtus eripuit neci.

Heroas solet hæc conditio sequi  
Fati, quos volupe est pro patria mori.  
Ait vis parua piricli,  
Imbellis remouet viros,  
Tu si mollitiem seu requiem senex  
Optasses tremulis artubus optimam

*Et nullam tibi curam  
Mouisset pietas, fides,  
Nondum barbaricas corpore proprio  
Hausisses acies pestiferas minas,  
Sed mors hæc, patriæ quam  
Donasti, mage te beat.*

*Effætus peperit laude carens senex  
Quos fructus patriæ? cum sua culibet  
Instent fata viro, sit  
Hic fortissimus an piger.*

*Pelida genitrix alma, louem prece  
Oravit, placidis tempora, sœculis  
Gnato, longa suo, sic  
Aclutum annuerat pater*

*Longæus Sobolis si steterit dies  
Obscurum faciet, si steterit breuis  
Æternam generoso  
Gignet sanguine gloriam  
Felix ergo Comes Zrinie concidit  
Fato, te celebris gloria consecrat  
Quam virtute nitentem  
Laudans posteritas feret.*

*Valentinus Zixouius  
Vngarus.*

*ZRINIVS*

ZRINIUS DE SE  
AD PROCERES  
Vngariæ.

**H**Ic ego qui iaceo virtute decorus & armis  
Barbarico oppressus Zrinus ense cado.  
Dum mihi vita stetit Turcas populatus acerbos,  
Incussi saevis hostibus ante metum.  
Multosq; ex illis ad Tartara misimus hostes  
Donec corruerent, arxq; salusq; mea.  
At nunc auulsum trunko caput aspice nostrum  
Quem dici toties, rictus ab hoste cado.  
Sic erat in fatis, nec enim fortuna secundis  
Auspicijs quenquam semper amica beat.  
Mars amat altermos belli casusq; vicesq;  
Victoriq; dedit saepius ille necem.  
Vos tamen exemplo Proceres addiscite nostro,  
Humanis nullam rebus habere fidem,  
Nos quoq; floruiimus, nostra quoq; gloria dextra  
Parta fuit priuus inclita temporibus  
Profuiimus patriæ, Turcasq; explosimus armis,  
Defuit & Regum gratia nulla mibi.  
Militis & studio cinclus feruente, solebam  
Aspera cum diris bella mouere Getis.  
Arx quoq; nostra Zygeth natura atq; arte valebat,  
Viribus ut nullis posse perire putes.

Huc me contuleram, dum res stetit integra Regis  
Imperio, nostris forte daturus opem,  
Et iam canities, nostris quæ sparsa nitebat  
Temporibus, docuit posse rogare rudem.

Paruimus tamen, impositi quod accepimus una  
Officy regimen, sic moderante, D E O.

Interea fama est sœum properare Tyrannum  
Threicio, nostrum, littore ad exitium.

Nec me, cum possem, secedere velle periclis  
Concessit patriæ iam pereuntis amor,  
Quin etiam pectus generosum, & conscia virtus  
Antiquum detuit de decorare decus.

Ergo stat, casus quos vel Deus ipse dedisset  
Vel sors, in victa sustinuisse fide:

Intrepidus mortem opperior sœui quod timenda  
Cæsaris exemplo spernere iussa placet.

Atque, vtinam mihi par numero sœuissimus hostis  
Ob vius ad durum Martis adisset opus:  
Nulla recusasse certamina, nulla quod belli  
Prælia pulvredo continuanda solo.

Vividanam fuerat nostro sub pectore virtus,  
Nec mala militibus spes, animus quod meis.

Tunc quoque, quem nostris populatum miserat oris  
Tentatum quod animos, arma quod nostra, ducem:

Vicimus, & fuso deleuimus agmine Bassam,  
Nec leuis est clades ista, Tyranne tibi.

Ergo ferentes Solimannus duplicat iras,  
E vomat in nostrum virus ut omne caput.

Obicibus

Obicibus portas struimus, stamusq; parati  
Turribus, hostilem vim cohibere, cavis.  
Claudimur, & forti cum milite ritè tueri  
Mænia suscipimus, firma, favente Deo.  
Obruimur numero, quot enim sunt sydera cœli  
Admovit nostris mænibus ille manus.  
Machina dat sonitum, crebris tonat iætibus æther,  
Sulphura labentem præripiere diem.  
Sæuior vrget opus, factisq; minusq; Tyrannus  
Exemplaq; animos addit ubiq; suo.  
Nec secus ipse meos muris valloq; profundo  
Instruo, nec quicquam linquimus officij:  
Instruit ille acies, aditusq; viasq; requirit,  
Qua ratione viros mænibus excutiat,  
Inuadit, præcibusq; minas regaliter addit,  
Turbaq; in insultu tela globosq; vomunt,  
Nituntur frustrâ, frustrâ pressantq; volando,  
Culmina frustrâ aditus, & tabulata petunt,  
Consequitur clamor, strepitus, duriq; ululatus,  
Telaq; missa manu plurima vtrinq; volant,  
Millia sub nostris ceciderunt plurima muris,  
Millia degeneri terga dedere fugæ.  
Ter sunt conati summos descendere muros,  
Ter quoq; vis nostro Marte repulsa fuit,  
Instaurat toties pugnam, violentia duri  
Cæsar is, & socios increpat ille suos.  
Sic contrâ, statione sua collecta iuuentus  
Expectat Scythici Martia tela Ducis.

Illis dat robur pudor, & præsentia Regis,  
At nos pro vita cogimur esse boni.  
Heu mihi quam nullæ prosunt sine numine vires,  
Heu mihi quam nemo fata suprema cauet.  
Atterimur, iam iamq; magis decrescimus agri,  
Copia quæ fuerat parua minorq; virum est.  
Debilitant socios, insomnia, cura, labores;  
Et metus & sæuæ spes inimica necis.  
Quid faciant? manet una salus sperare salutem  
Nullam, nec præsens posse cauere malum.  
Tunc sic exanimes socios, vultuq; pauentes  
Alloquor, & verbis tristia corda leuo:  
Quid vos ò socij rerum spectacula turbant  
Tristia, venturi turbat imago mali?  
Morsne adeo metuenda fuit (nam cætera sævis  
Barbarus hæud quicquā iuris habere potest)  
Ante tamen fugienda fuit, tolerare necesse est  
Infracto deinceps pecclore quicquid erit.  
Nec frustra mutare malum conemur acerbum,  
Quis parere magis sit pia cura D E O.  
Viximus, & Turcis dedimus fera bella, volente  
Christo, nec cuiquam sit quoq; triste mori.  
Hanc miseræ vitam patriæ donemus amici,  
Si modò post mortem patria saluta foret.  
Aspice quām nostris inbiet saeuissimus hostis  
Mænibus, & nostram quām velit ille necem.  
Aut alacres bello decernere fortiter omnes,  
Atq; opus est digna morte perire viro.

Aut

*Aut ignava magis præbere necanda Tyranno  
Guttura, fæmineaq; occubuisse nece.  
Spes' est nulla fugæ, moriendum restat amici,  
Si modò laudetur, mors adeunda placet.  
Mors commune malum est pigris & fortibus, illæ  
Vtilitas hosti, hinc gloria parta tibi est.  
Rrobora sed dextræ miseris solatia prestant,  
Si modò, quod victor defeat hostis, erit.  
Audiat hæc procerum turba, audiat istaq; milces  
Exemplumq; illis quod moriamur, erit.  
Nec vos degeneres, virtutum obliterata tenere  
Pectora, vel media morte probate precor.  
Si quasuperfuerit, genti iam iamq; ruenti  
Posteritas, nostrum stabit in orbe decus.  
Cætera fortunæ instabilis non nostra putemus,  
Virtutem retine, desit ut illa tamen.  
Nec mors ô socij totam mihi credite vitam  
Eripiet, melior pars super huius erit.  
Angelicas animam dextris ad sydera duci,  
Vox tua mentiri nescia, Christe, probat.  
Hinc iterum rediuiua venit volvcentibus annis  
Corporaq; hæc stabunt tunc revocata solo.  
Quare agite ô socij, nec nunc moriamur inulti,  
Cætera prospiciat pro pietate D E V S.  
Talibus extimulo flagrantia pectora, bello  
Omnibus idem animus nil dubitare mori.  
Tunc genibus Christum flexis oramus I E S V M,  
Ut cæsorum animas aggreget ipse finu.*

Oscula quin etiam socij, dextrasq; vicißim  
Orantes veniam voce, fideq; dabant.  
Scilicet insidias occultaq; damna paramus  
Mænibus egressiq; obuia tela damus.  
Barbarus irruerat prædam laniare paratus,  
Non secus ac catulis orba Leæna suis.  
Consertaq; manu petimus, petimurq; vicißim,  
Sed numero pauci (prob dolor) obruimur.  
Deficimus tandem medioq; in milite septi  
Corruinus, plures at periere Getæ.  
Hic finis virtutis erat, per prælia dextræ  
Occidimus, nobis exitus iste fuit.  
Ipse ego suscepto iam vulnere saucius, antè  
Vix ægre spirans, captus ab hoste trahor.  
Nec mora anhelanti, nec enim mihi vita stetisset,  
Tollitur annosum vulnifico ense caput.  
Dulcibus atq; bumeris procul hoc auellitur, Eheu  
Truncus in hac, illa stat regione caput.  
Nec tamen illa mihi turbabit gaudia deinceps  
Conditio, Christi quæ sacra Regna dabunt,  
Tempus erit siquidem, Christo testante requiret  
Cùm D E V S ex varijs, ossa sepulta plagis.  
At mihi sors patriæ miserabilis: hæc quoq; sola  
Causa mihi, mallem cum superesse, fuit.  
Hæc prostrata iacet, turpi subiecta Tyranno,  
Et dat ad impuros vota coæcta pedes.  
Tempus erat quo pannonicas exhorruit hastas  
Improbis, & petijt fædera nostra Getes:  
Tempus

Tempus erat quo vix patrijs se finibus hostis  
Tutari, & potuit mania habere domi.  
At nunc nostra tenet, nostris proditq; superbus  
Mænibus, & viatos fertq; rapitq; viros.  
Scilicet irato nihil est pugnare Tonante,  
Et scelera hoc tantum commeruere malum.  
Quæ si non essent, vel si resipiscere nobis  
Extrema, Proceres, clade placeret adhuc:  
Non dum sera foret vitæ emendatio, nondum  
Est brevior Domini, quam fuit antè, manus:  
Sic satis extremam genti meruisse ruviam  
Et nobis pariter damna parasse semel.  
Relliquias seruare precor, patriæq;, piæq;  
Gentis, & iratum conciliate D E V M.  
Mutua vos iungat concordia, cesset iniquus  
Liuor, & in partes factio sœua duas,  
Feclora sed solido iungantur amore videte,  
Conspirentq; prius corda in amor e D E I.  
Parcite subiectæ plebi, nec mole laborum  
Pressos ad durum cogite seruitium.  
Deniq; iustitiae memores pugnabitis vltro  
Nomine pro Christi, proq; salute gregis.  
Nec dubitate D E V M victoria cuius in æquo  
Arbitrio semper, statq; cadiq; ducem.  
Quod si parua manus pugnæq; assueta iuuentus  
Rara fit, atq; impar hostibus innumeris:  
Quid prohibet Dominum Angelicas demittere cælo  
Turbas, aut etiam fulmina, saxa, faces?

*Aut armare statim pro vestra, elementa, salute  
Hostilesque adeo præcipitare viros,  
At si nulla super sanctæ pietatis & æqui  
Cura sit in nobis, nullaque Inſtitia,  
Ultio iam veniet nimiumque propinqua ruina eſt,  
Impendet vestris quæ quoque verticibus.  
Frutstræ præſidum petitis, frutstraque viciſſim  
Ad stolidam, o stolidi, fædera confugitis.  
Fædera firma D E O primum placuisse putato  
Cætera (crede mihi) commoditate carent.  
Aſpice, de nostris repetens exempla periclis,  
Quid iuuet aduerso bella mouere D E O.  
Aſpice præſidijs quam sit ſpes friuola vanis.  
Quam nil magnanimo peclore dextra iuuet.  
Interea ſi quid patriæ dum viximus almae  
Profuerint nostræ prælia militiae.  
Quos iuuat historiam noſtrorum audire laborum  
**DICITE, ZERINI MOLLITER OSSA CUBENT.***

**NOMEN IN ORBE BONVM,  
SPIRITVS ANTE DEVUM.**

**Valentinus Hellepœus  
Zixouius Vngarus.**

**ALIVD.**

A L I V D:

F Ortiter occumbens Zerinius ante Zygethum  
Prætulit infami libera fata iugo :  
Flos veterum virtusq; Ducum sic occidit, eheu  
Pannoniae iacet hic Martia Nobilitas.

Nicolaus Steinberger Rector & inspec-  
tor Scholarum VVratislauiensium.

EPIGRAMMA, QVO INNVI-  
tur, Illustri ZRINIO, ad propugnandam ar-  
cem Zigethinam, neq; fortitudinem  
neq; prudentiam defuisse,  
sed fortunam.

N icoleos, fama toti notissimus orbi ,  
In laudum summa fixerat arce pedem .  
Cum fera Sultannus dat belli signa futuri ,  
Et cupid hunc solio præcipitare Ducem .  
Aduolat exempli Pallas, natumq; tueri  
Turcarum contra noxia tela parat .  
Iamq; caput galea, scapulas & pectora telis  
firmabat, lateri cinclus & ensis erat ,  
Et iam versabas arcus, latusq; bipennem  
Tractabas valida, Dux generose, manu .  
Cum Mauors, ZRIN IV M Tritonia desere, cla-  
Desere. Quid? titulo fratriss obesse cupis? (mat,  
K Cui

Cui Dea : Nonne licet sobolem vi dñicibus armis  
Instruere ? anne tibi non socia arma fero ?  
Desine, Mars iterum clamat, ratione nec vlla  
Insere te cæptis fœmina ( quæso ) meis .  
Hic iam Threicij molimina fœda Tyranni  
Conteret, atq; meo numine victor erit .  
Aspicies quām mox Turcas Phlegetontis in vndas  
Mittat, & imposito quām pede cæstra premat .  
Stagnantem aspicies hostili sanguine campum ,  
Atq; trucitados sanguis ut vnda vehet .  
Heu, quasi bella mihi nunquam, Tritonia fatur ,  
Visa forent, vanos fundis ab ore sonos .  
Ast ego quem genui, quem excepti mollibus vlnis ,  
Quemq; alui proprij sedula lactis ope ,  
Haud tibi committam natum : natone perculis  
Vndiq; vallato mater abesse queam ?  
Ast aberis, nisi me vpires & robora fallunt ,  
Mars ait, armatum Nicoleonq; capit .  
Hic trahit, illa tenet . Charissima viscera, nati ,  
Iuppiter his, quid sic belligeratis, ait .  
Tollite iurgia, nec fatis obstate, relicta  
Iam Zrinus terra viuet in arce poli .

#### A L I V D.

INsigni pietate Duci, magnisq; celebri  
Ausibus, obq; suam ( Scythico defendere ab hoste

Se

Si posset) patriam qui mortem vidit acerbam,  
Pieriæ hunc tumulum Zrinio posuere Sorores.  
Qui transis, Zriny placidè, dic, ossa quiescant  
Et pia posteritas illius facta sequatur.

## A L I V D.

Tandem, qui multos vita spoliarat & armis,  
Nicoleon vita Barbara gens spoliat  
Et, quia vita fugax, fragiliq; simillima vitro est,  
Occidit (heu) patrij firma columna soli.  
Ab quales gemitus, & que venere querelæ  
Pannoniæ, hunc raperet cum Libilitina Duce.  
Ab quoties manibus compressis peñlora planxit,  
Et quantum lacrymas combibit illa suas.  
Atq; ait haec plorans: patriæ decus atq; leuamen,  
Ergo Bistonio cæsus ab hoste cadis.  
Ast ego quo posses Fyliam superare senectam  
Sæpè Deo (heu frustra) vota precesq; tuli.  
Et dixi: Zrinium superi seruare benigni,  
Ille decus quo sit præsidiumq; meum  
Seruare, atq; procul crudelia pellite fata,  
Possit ut ad vestros ponere thura focos.  
Sed voto infelix sum defraudata secundo,  
Propitiumq; Deum non habuere preces.  
Me miseram, ante etiam quoties sum passa repulsam,  
Verba mea heu quoties deripuere Noti  
Sic nuper palmas pro meq; meisq; leuabam,  
Julia cum proceres occubuerunt tui.

*Ante Deos supplex & flexo poplite stabam,  
Contra Lippa tuos Marte furente Duces.  
Dum precor, ecce perit Zolnok, pereuntq; celebres,  
Quos fouit gremio, Marte togaq; viri.  
Et prius Oceani quisquam numerabit arenas,  
Oppida quam Getica quæ cecidere manu.  
Quid loquor? aut quid ego lacrymans hæc damna reuoluo?  
Quid lace rat populos gens inimica meos?  
Si merui, superi, tot acerba videre meorum  
Funera, cur cessant fulmina in arce poli?  
Enignes cupio vestros, iam me date letho,  
Plus ego vix potero (credite) ferre mali.*

*Illustriſ & Magnifici Baronis ac Comitiſ,  
Dn. Emerici Forgach de Gimel  
&c. alumnus.*

*Ioannes Czanad' us Vngarus  
VVitebergæ scribebat.*

### A L I V D.

*Q*Valis erat (ceu fama refert) Tirynthius heros  
In populis olim, terna Pelasga, tuis.  
Talis erat nuper virtute Zebrinius heros,  
Cam faceret dari nobile Martis opus.  
Ille triumphatum monstriis purgauerat orbem,  
Hic saeo patrium miles ab hoste solum.

*Alcides*

*Alcides Cacum, Lernæam sustulit hydram,  
Nicoleos Scylicos, pacis amore, Duces.  
Ille Iouis proles, fuit hic à Rege creatus,  
Qui tenet imperio Solis vtramq; domum.  
Sed studijs inimica bonis quid Parca recusas  
Tangere, vt afflatu liuor & ipse suo?  
Dum bene vterq; parant virtutis præmia, laudem;  
Monstraq; iam populis ne metuantur, agunt.  
Ecce repente cadunt: dispar sed forma pericli est,  
Nicoleos ferro tollitur, ille rogo.  
Scilicet hoc meruit nostrorum summa malorum,  
Vt non mansura destituamur, opes;  
Quosq; animo nobis felices fingimus annos,  
Mista repantino fata dolore trahant.  
Pœonis ergo nihil terra indulgeto querelis,  
Fortunæ vt varias experiâre vices.  
Sed, quæ lœsisti, placabis numina votis,  
Euenit irato nil tibi dulce Deo.  
Hoc ubi præstiteris; vitæ melioris ad usum  
Mox pietas faciat non simulata viam.  
Si, nisi dederint quæ fraudes, periuria, lites,  
Commoda nulla feres; commoda nulla feres.  
Ex his quæso tui ne sis ignara, velisq;  
Omnia constanti damna leuare fide.  
Huius & Herois qui Martia facta sequantur  
Optabis mecum voce precante Duces.*

*Ioannes Budæus Vngarus;  
K 3 ALIVD.*

Si pietas, animus fortis, memorandaq; virtus  
Eximiae meritò nomina laudis habent:  
Quem faciat clarum Ventura nepotibus ætas  
Perpetuo Zrini nomine dignus eris:  
Quis tua gesta etenim memoret? Quis prælia dicat?  
Acer & ad belli tempora natus eras:  
Terror eras Ditis generi, sed aheneus illis  
Murus, quos pietas iungit & vna fides.  
Dum potes arma armis inimicaq; tela Getarum  
Niteris invicto pellere Marte procul.  
Hei quoties nodis in uncla tenacibus actos  
Eripis, ac hostem vertere terga iubes?  
Ergo per innumeræ sinuosa volumina fraudis  
Atq; vias cœdis vita petita tua est.  
Sed tua vis robur, fraudem prudentia vicit,  
Cedere nec Turco mens fuit æqua truci.  
Quid loquor? obseßum Solymanni copia vicit  
Artis vbi validæ mœnia rupta iacent.  
Nunc caput auulsum membris habet hostis, at artus  
Terra tegit laceros, spiritus astra colit.  
Nil refert quali cecidit quis morte piorum  
Sæpe obitus solito tristior esse potest.  
Omnibus vna via est metam properatur ad vnam  
Quilibet hanc, viuus ni male currat habet.  
Te gemit amissum gens Vngara, protinus hosti,  
Ni Dominus caueat, præda futura fero.  
Ah quoties similem precibus petijtq; peterq;  
Zrinius in terris sit numerosus Amcn.  
Stephanus Czorba Debrecinus, Vngarus.

A L I V D.

**A**Vrea dūm virtus celebrabitur ore piorum ,  
Dumq; reget currus Phœbus in axe suos :  
Inlyte quadrifido Z R I N I tua curret in orbe  
Fama, tryumphali conspicienda rota .  
Sed non innumeris ditio permensa diaulis  
Ardui sub vexit nomen ad astra tuum :  
Non tumidi subito eneruata potentia Xerxis ,  
Centum armatorum non quoq; myriades :  
Verūm exantlati patriæ pro pace labores ,  
Herculeæ quantas vix subière manus :  
Dum Mahometigenam, Phlegontica semina , geno-  
A patris arces magne ZERINE focus: (tem-  
Vltrici Scythicas dūm disjicis ense phalanges ,  
Atq; Acheronteum mittis ad vsg; lacum .  
Nec vigor ante tuæ mentisq; manusq; fatiscit ,  
Quam mortem, explosa glande peremptus, obis .  
Sanguinis ergò vomens rivos, cadis, atq; cruento  
Spargis humum, patriæ ductus amore tuæ .  
Hinc tua laurigeri meritò præconia vates  
Inlyte, certatim, Dux Nicolæ, canunt .  
Nunc animo, emeritus ceu miles, in axe perennas ,  
Nomen at in terris fama loquetur anus .

Illustris ac Magnifici Domini Emerici  
Forgach &c. Cliens & alumnus  
VVittebergæ.

Hieremias Sartorius Pannonius.  
**ALIVD**

A L I V D.

**Q**uid præclara iuvat mirari facta Quiritum,  
Omnibus autem orbis sic celebrata locis.  
Non hi sunt ideo tūm Martia castra sequuti,  
Vt decus hinc vero surgat in axe D E O:  
Sed tantum propriæ sitiebant laudis honores  
Quæ sibi quæve suis nomina magna parent.  
Non imitari istos vera cum laude licebit,  
Quæ cadit in cœtum C H R I Ste benigne tuum.  
Christiadum potius veros mirere triumphos,  
Solius ad laudem quos retulere D E I.  
Hinc etiam documenta potes pietatis habere,  
Quæ fient vitæ debita norma tue.  
**Z**RIN Ius en C H Risti cultor fidissimus, ingens  
Threicis genti terror & horror erat.  
Pro grege proq; D E I pugnabat lege, Tyrannus  
Turpis in hac nequid juris habere queat:  
Vtq; D E I sanctum celebretur nomen in orbe,  
Et non imperium barbara turba tuum.  
Ergo addicte Comes C H Risto mirandus es ipse,  
Præ reliquis, quos fert Itala terra, viris.  
Tu pro laude D E I medios fers peccus in hostes,  
Inde pius, quod te ritè sequatur, habet.  
Accipe Cælestem rursum hoc tibi dante coronam,  
Florentem totos & sine fine dies.  
Eiusdem Illustriss ac Magnifici Domini Clis-  
ens & alumnus V Vittebergæ.

Nicolaus Baticius  
Pannonius.

HISTORIA SIGETHI  
TOTIVS SLAVONIAE FOR-  
TISSIMI PROPVGNACVLI,  
quod à Solymanno Turcarum Imperatore Anno 1566.  
captum, Christianisq; ereptum est: ex Croatico sermone  
in latinum conversa,

Per

M. SAMVELEM BVDINAM  
LABACENSEM.



Vo animi ardore & qua saevitia immanissimus Turca in miseros Christianos debachetur, & quam insatiabil i, non solum furore, regnandiq; cupiditate, sed etiam Vatiniano & immortali odio motus, ipsos affligat, opprimatq;: ex magnitudine rerum ab ipso gestarum, neminem esse credo, qui non intelligat. Huius rei documentum esse potest, Arcis Sigeth, & arte & natura loci munitissimæ (undequaq;. n. paludibus circundata, & velut immersa in finibus Slavoniae sita est) expugnatio: quam nō ita pridem ipse Turcarum Imperator Solymannus ingenti cum exercitu obsessam & graviter afflictam, non tamen sine magno suorum clade, cepit, suamq; in potestatem rededit, quemadmodum ex præsenti historia videre est.

Anno post Christum natum 1566. Comes Nicolaus Serinus, nobili & illustri loco natus, de his ex speculatore quodam certior factus, qui ad eum decima quinta Iunij venit, ipsiq; omnium primô bona fide retulit, quomo-

L do Tur-

do Turcici imperatoris exercitum, qui se ad duo milliaria in longitudinem extendat, propè Saraievū viderit, quem ipse met quoq; à longinquo infecutus sit. Famam verò spargi, ipsum ad Sigeth vel Egor in vadendum profectionem hanc & expeditionem suscepisse: ad eamq; rem se Pontem apud Petram Varadinensem Danubio iungi curasse. Non multò pòst alius quidam speculator ex Quinqueccliarum urbe venit, literas ab alio quodam exploratore adferens in quibus perscribitur, Imperatorem revera cum copiis egredi: Ignorantem autem, quo, vel ad cuius arcis oppugnantioem. Hunc è vestigio tertius Speculator ab Ezeko, quod est ad Dravum flumen oppidum subfecutus narrat: aduenisse iam eò belli quendam perfectum, quem Bekum nominant, qui præmissus est velati Prodromus, ut Dra- vum navigis trajcat: cùm eo quoq; totam Bosnam Carambium, hoc est eius loci præsidem & belli ducem appulisse, atq; in Slavonia regione ex alia parte Dravi infra Mojslaviam consedisse. Quo verò tendere velint, id se ignorare affirmat. Postea quartus etiam explorator accessit indicans, se propè Ezekum fuisse, ibiq; multa navigia supra ad Portum, qui Ottonus appellatur, adverso Dravo transvehi Siklosinum conquiescere cogitet. Ibi etiam maiores ipsum copias præstolaturum, se certò scire asseverat. Quo porrò sese recipere velit, omnes latere. Tandem aliis speculator ex Turcarum castris advenit, pro certò affirmans: exercitum apud Otvum consensis navibus Dravum transire, eosq; Turcas, qui transvēti sunt è vestigio Budam contendere apudq; Siklosinum pernoctare.

His itaq; strenuus & celebris Comes Serinus 17. die Junii,

Iunii, cognitis, & quæ Turcæ absq; nulla interposita mora  
se se ultra Dravum recipiant, atque foris sub arce Siklosi-  
no paßim in agris nocturno tempore contineant, ibi q; re-  
quiescant: consilium init, & mille pedites cum quingentis  
equitibus, ut fortunam experiantur, alegat. Quibus  
tamen antea Dominum Casparum Alapianum, Nicolaum  
Cobacum, Petrum Bathschatitzia, Volphangum Pra-  
pruttovitshium, vna cum peditum ductoribus, seu præfe-  
ctis, quos Vaivodas vocant, præmisit, mandans, ut fortu-  
nae aleam tentent: Et si quas Turcas invenerint, prælio  
decernant, manusq; conserant. Si verò eos deprehende-  
re nequeant, vt tunc civitatem Siclosinum expugnatione  
invadant, aut incendant, omniaq; diripiunt, præcipit. Cuiq;  
nostrí iam Siklosino appropinquassent, præmittunt ad ar-  
cem ducentos pedites & equites centum, his saltem, si Tur-  
cæ fortassis sub pratis & planicie, de equis descendissent,  
vt reliquis quam primū significarent, omniaq; circumspie-  
cerent, & ad suos deferrent, iniunctum fuit.

Et posteaq; infra Siclosinum ventum est, rectâ ad Tur-  
carum castra feruntur ubi, Mehetm begus vel præfectus bel-  
li ex Theari confedit, quæ Imperator non multò ante ex aula  
sua adscivit, ipsiq; Theari Sansak, id est, pomum aureum,  
quod vexillo apponi, & ab imperatore Turcic; belli duci-  
bus, tanquam signum benevolentiae & summae in milites po-  
testatis dari solet: prope Byzantium contribuit, utq; exerci-  
tum tanquam Prodromus, præcederet, Dravumq; trayce-  
ret, & in quinque ecclesiastarū tractu immotus cōsisteret, man-  
davit, ubi omnes copiæ congregari, Dravumq; superare  
possent. Præterea ne alid inde se transferret donec ea de re

Cæsarîs mandatum acceperit, sedulò præceptum fuit. Rebus ita constitutis impetum nostri in ipsos faciunt, summoq; mane cædunt & disiiciunt, magnumq; Turcarum numerum interficint, quorū multi in ipsis paludibus, & loco salebroso, arbustisq; consito, nudi propemodum & interulis solū cooperati, fuga salutem sibi quæsiవere. Præfectus etiam belli, quem Bekum illi vocant, graviter vulneratus & fuga dilapsus, in eo lacu seu limoso agro periit. Ipsius porrò filius, & cum eo tres Turcæ, viuis in potestatem & manus nostrorum pervenit. Auri deinde & argenti copiam, tentoria & equos nostri vna cum opimis spoliis consecuti, incolumes lætiq; arcem Sigeth maximo cum lucro repeabant. Turcicis insuper rebus præstantissimis, & pecunia, octo Camelos, Sexaginta equos, & quinquaginta mulos, clittellarios vna onustos adduxerunt, atq; sex plaustra omnis generis spoliis, quæ à Turcis adepti sunt impletaverūt. Nobiles etiā Sigethani ostro & auro contextis vestib. & tunics mar tyrum pellibus suffultis induitis, summoq; animi gaudio Sigebum revertebantur. Eripuerunt præterea hostibus duo rubei coloris ingentia, quæ secum attulerant, signa: in quorum extremitate seu cacumine, loco ferri, cuspis in perti- ca ex puro argento, latitudine unius manus & deaurata, affixa fuit. In ipsa quoq; basta, cui vexillum apponi solet, equina colore timeta, vna cum argento globo seu sphæra, pomì instar, quod Schansack nominant, pependit. Similem certè victoriam, & spolia eiusmodi, longo iam tempore nostri de hostibus vix reportarunt.

Secunda die Iulii, ipse Mustafa Bosnensis Bassa, Baja Sokolovitschius, vna cum tota Bosna, & Bassa Carambeio,

bei, Dravumq; Ottovum versus traiecit, et apud Siklosinum  
infra Hardanaium cōsedit.

Septima die Iulii ad volat explorator ex Belgrado  
seu Alba Graeca, Turcarumq; castris perhibens Casarem  
eō venisse, et naues aduerso Dravo recta sursum duci, in  
eo q; loco ipsum præpè Siklosinum, pontem navalem seu  
ex Sclaphis et bintribus confectum Dravo superinsterne-  
re, atq; ad expugnandum Sigeth proficisci cogitare: curare  
quog; pontem illum, quem Danubio iunxerat, rumpere et  
disuicere. Deniq; ex Quinquecclesiarum urbe aliæ mittun-  
tur literæ, quibus ab ipso Nasuf Aga, id est Capitaneo, qui  
paucis quibusdam militibus præest, Comiti Serino per-  
scribitur, Iam belli quendam inspectorem, seu qui militem  
cogit, et ducis ipsius copiarum vices aliquando gerit,  
Csianz ipsi vocant, eō advenisse, ipsiq; Hamsam Vego ab  
Imperatore mandatum attulisse, vt se quam primū ad  
Dravum recipiat, ibiq; pontem instruat: Quod nisi fecerit,  
curaturum se, vt ante ipsius ædes Palo affigatur: Iniun-  
xisse etiam, vt per pagos et paſsim palus sanguine asper-  
sus circumferatur. Sic itaq; ille non procul ab Otto vo pontem  
fabricare cœpit, quem quidem iam satis longe et commodè  
construxerat. Sed aqua cum impetu magnaq; vi nocturno  
tempore supervenies, omnia disrupt et abstulit, neq; in eo  
loco eum ulla penitus ratione figere poterat. Hinc ergo lon-  
gius et infra Dravum alio progressus, opus rursum profe-  
quitur, quicquid autem bidui spacio para verat, id omne  
aqua una nocte disecit. Quo ex loco in tertium ulterius  
propè ad Essekum profectus periculum de ponte fabricando  
fecit: sed illic omnem lusit operam, nec propter aquarum

vim efficere quicquam potuit. Hac igitur de causa  
Tschauschum ad imperatorem alegat, exponens quomodo  
in vndatione & multitudine aquarum impeditus pontem  
Dravo superinsternere nequeat: Se quidem nec conque-  
evisse hac temus, nec ulli labori ea in re pepercisse. Impera-  
tor hoc Hamsam Bekum nuncio cognito, Tschauschum ipsi  
cum lintheo seu manitili Turcico in cuius extremitate aure-  
is literis scriptum erat, misit.

Sultan Solyman remittit, perque ipsum edicit,  
yt pontem quoctunque in loco, et quacunque ra-  
tione possit, confessim supra Dravum iungat, qui,  
nisi ad ipsius usque adventum extructus, ipsum  
ex una parte Pontis in ripa illo ipso Lintheo Stran-  
gulatum atque suspensum iri.

Hoc ubi Hamsa Bekus percepit, celerrime ea ipsa  
hora ad Dravum denuo tendit infra Essekum, atq; omnia  
navigia, ad eamq; rem opportuna ligna deduci curavit.  
Et mox infra Essekum opus strenue inchoatur, quo, ut eò  
commodius absolveret, omnes vecigales rusticos, qui Tur-  
cae tributū pendunt, seu, qui se ipsi sua sponte subdiderunt,  
& reliquos omnes, nemine excepto, imò ipsos nobiles, &  
qui munus & officium aliquod sustinent (Izpahias vocant)  
ad laborem cogit atq; compellit. Hamsa Bekus etiam ipse  
nullam omnino negligat moram, nec inter diu nec noctu con-  
quieverat unquam, donec effecto ponte Dravus constra-  
tus fuerit: quem per prata paludes & stagna in longitudi-  
nem vnius milliaris deduxit, idq; omne decem dierum spacio  
effecit. Lintheum porrò, quod Hamsa Begus ab impe-  
ratore

ratore missum acceperat, Nasuf Aga seu Capitanens, qui  
Hamsa Begi dum aberet, Quinqueecclesijs locum sustinu-  
it, clam Domino Comiti Serino Segethum transportari cu-  
rauerat. Vicesima die Iulij, Bosnensis & Carambelus  
Bassa, Siklosino castra movent, & quinqueecclesijs perve-  
niunt: Inde Budensi Bassae in subsidium prosecti, Albam  
regalem veniunt. Hos postea Hamsabegus stipatus om-  
nibus Ispabis seu nobilibus comitatur, & quinqueecclesijs  
summo cum incolarum propter ipsum abitum, mærorè disce-  
dit. Eadem die Anatoliae Beglierbekus id est supremus  
in oriente dux, primus omnium Dravi pontem transit, quem  
deinde Akai Bassa, hoc est, alius quidam militie præfectus  
& Vrumelibeglerbegus, id est summus bellumperator ea-  
rumq; regionum præses, que ultra mare Aegeum ad nos  
spectant, in sequuntur, inq; planitem seu agrum Mohatsch  
confidunt, ibiq; Turcico Imperatori tectoria figunt. Posthac  
ipsemet Cæsar Sultanus Solymannus superato Dravo illuc  
peruenit, eoq; in loco castra metatus, consilium de re aggre-  
dienda capit, & aliquot ibi diebus, donec exercitus omnino  
transiret, lato animo commoratus est. Prima Augusti  
die Turcarum Imperator ex Agro Mohatsch se commovit,  
& ad Sigethum contendit. Tertia autem die non procul in-  
fra Siclosinum appulit. Ibi Oroslanum Budæ Bassam ca-  
pite plectit. Quarta porro die quinqueecclesijs, & quinta  
ad D. Laurentium, non procul à Sigetho, peruenit ibi q;  
sua castra posuit.

Subid ferè tempus, Dominus Nicolaus comes Serinus,  
inter nobiles, Equites, & pedites reliquosq; milites & stre-  
nuos Viros, ut omnia ordine stant, dispicit & procurat,

Cumq;

Cumq; iam revera certior esset factus , Turcicum Imperator-  
rem conari Sigethum obsidione cingere, vidissetq; ingentes  
illius copias appropinquare, in arcem interiorem Capitane-  
os , copiarum pedestrium ductores seu Vaiuodas , Nobiles ,  
equites , & pedites, vñā cum urbis civibus cæterisq; omni-  
bus , qui tunc temporis in arce & civitate Sigetho fuerant,  
ad se convocat , ipsiisq; exequuntibus , urbis portas occludere  
iubet : qui, ubi omnes in interiorem arcem convenissent , ip-  
semet Dominus Nicolaus Serinus , medius inter ipsos in pla-  
tea minoris arcis constituit , omnesq; hac propemodum ratio-  
ne allocutus est : Mei fratres , qui sub Cæsareæ Maiestatis  
stipendia meritis , viri strenui , militesq; fortissimi : Iam  
certò videmus singuli , Turcarum Imperatorem cervicibus  
nostris imminere: Quapropter ipsa necessitas exigit , ut nos  
paremus , & intrepido animo nostrum , totius q; Christiani  
orbis , nominisq; hostem prestatemur : Qui insolenti animo  
& temerario ausu , suis viribus , incredulorumq; hominum  
multitudini fidens , in nos arma sumpsit . Nos autem spem  
& auxilium nostrum in Deo collocamus , qui nos nullo ne-  
gocio defendere , ipsos verò ratione facillima pessundare at-  
que reprimere potest . Alacriter ergò ipsius aduentus à no-  
bis expectandus . Nec deterrere nos debent vires , aut ingen-  
tes ipsius copie . Nabil enim dubitamus , Deum Opt Max.  
si precibus veris ipsum invocaverimus , opeū nobis submi-  
nistramur atq; clementer affuturum.

Danda autem in primis est opera , ut unamines & fi-  
deles existamus , ne ulla inter nos similitas vigeat , ne ini-  
micitiae aut odia alantur , ne alius contra alium insurgat ,  
sed omni studio enieendum , ut potius apud nos omnes , ho-  
nestae

nestas locum habeat, & hic summa cum concordia & bene-  
volentia degamus, quam diu id divinæ visum fuerit voluntati. Hac itaq; de causa, mei fratres, non abs re, sed sum-  
mè necessarium esse arbitror, ut nimiris & ante omnia iu-  
re iurando nos devinciamus. Et initio Deo fidem demus  
supremo etiam magistratu nostro, & huic afflictæ provin-  
cie constantiam & integritatem sancte promittamus. Pri-  
mò ego iurabo, idem vos post me facturi, ne ego vobis, aut  
vos mibi, ullum diffidentiæ locum reliquisse videamini.  
Iuramentum ergo nunc meum auditore: Ego Nicolaus co-  
mes Serinus promitto Deo Opt: Max: imprimis, deinde Cæs:  
Mai: Domino & magistratui nostro summo, & huic misera  
provinciæ, Postmodum etiam vobis militibus & strenu-  
is viris, iam hic congregatis, ita me Deus Pater, Filius &  
Spiritus sanctus, Sancta Trinitas, & unicus Deus, me vos  
nullo unq; tempore deserturum, immo vobiscum vieturum &  
moriturum & omnia simul quæcunq; inciderint, seu bona seu  
mala passurum. Iam etiam ipsa ratio exigit: ut vos  
idem præstetis erectisq; duobus digitis Deo interposito teste,  
promittatis. Post unusquisq; vestrum suo Capitaneo in  
ipsa porta suam iuramento fidem dabit. Quare, ut ex vo-  
bis quilibet hæc, præeunte scriba, clara voce elevatisq; duo-  
bus digitis dicat, sedulò inspiciemus: atq; in eum qui forte  
ista facere aut effari recusabit, gravissimè animadverte-  
mus. Is enim nobiscum ad extremum usq; per se verare mi-  
nimè cogitat, nec veri hominis, sed proditoris nomine me-  
ritò censendus est. Quem etiam hac de causa è vestigio  
comprehendi iubebimus. Esto itaq; vestrum iuramentum  
hoc. Nos omnes ciues, equites & pedites militesq; stipen-

diary Cæf: Mai: iuramus primum Deo opt: Max: postbae  
Christiano nostro magistratui, huicq; provincie, & Do-  
mino nostro Nicolao Serino comiti, sancte q; affirmamus:  
uos ut fideles & morigeros decet obedientiam omnem præ-  
staturos, cum ipso etiam nos vieturos, mortemq; appetituros,  
constanter pollicemur. Audite prætereà quid vos scire ve-  
lim, si fortasse interea temporis mors ingrueret, meq; è me-  
dio tolleret, meo loco vobis hunc familiarum meum Domi-  
num Casparum Alopianum constituo vobisq; impero, ut  
ipsi pareatis, summumq; honorem tanquam mibi, ipsi exhi-  
beatus, & si quæ vobis mandata dederit ea diligenter optio  
magis fide exequamini. Animadvertisse porro in ista capita,  
si quis equitum aut peditum Capitaneo suo aut Tribuno ob-  
dientiam recusa verit, aut imperium quacunq; ratione detre-  
cta verit, ipsumq; vi aut stricto gladio adoriri conabitur, in-  
terfidor. Deinde si Epistolam quis Turcicam acceperit  
aut legerit, statim occiditor, Qui autem literas persagittam  
immissas, aut alio in loco depositas invenerit, ut Capitaneo  
suo confessim eas exhibeat, hic porro ut igni tradat, serio  
edico. Et quoniam stationes seu loca per Capitaneos, Vai-  
vodas & Tribunos, quibus quisq; manere excubias agere  
debeat distribuentur, forte aliquis nobilium aut etiam reli-  
quorum, quicunq; is fuerit, deprehendetur, quiq; abs venia  
& scitu Capitanei sui, Vavodæ, Tribuni vel Decurionis, lo-  
co suo discesserit, absensq; fuerit, is sine ullo habito iudicio  
repentè strangulator. Qui vxorem seu matrem habet, huic  
cibus & potus reliquaq; necessaria, in locum suum ab ipsis  
transferri & præberi poterit, ipse autem in statione sua im-  
motus maneat; Illi porro cui nec mater, nec vxor est, cibus  
in mea

in mea culina, præparabitur : quem ille, ut per Tribunum suum accipiat, commodis & certis horis curabitur. Vini quoq; ys qui non habent, cuilibet in singulis dies sextarius, seu mensuræ quartæ pars, cum pane, aceto, & sale dabitur. Iстis verò qui uxorati sunt, & tamen panibus carent, suilam carnem atq; farinam, ut sibi panes ipsimet conficiant, suppeditabimus. Deniq; si duo occulta quidam consilia tra-  
ctare & mūsitare inter se deprehensi fuerint, ambo rectâ suspenduntor. Et si talia quis forte vel audierit, vel viderit, nec familiaritatis causa indicare ea voluerit, absq; mora eco-  
dem supplicij genere cū ipsis mulctator. Postremo qui alteri vel teruncium furto abstulerit, subito strangulator. Hanc itaq; ob rem, maioris q; observantie & timoris gratia, Do-  
minus comes Serinus, crucem in Sigethi arce maiori, propè portas, ponì iussit. Deinde militem quendam pedestrem, eò quod gladium in Vaidodam s;:inxerat, eq; vagina eduxerat, in platea magnæ civitatis capite mulctavit. Eo quoq; in toco comes Serinus Mahne: Agam, seu Capetaneum pro-  
pter insigniæ eius perfidiam et enormia flagitia, quæ in via Sigethum iter faciens perpetraverat, pœna capitis afficit. Idq; maioris reverenti: & timoris causa, ab ipso factum esse censendum est. His peractis, Comes Serinus omnibus noboli-  
bus, militibusq; pedestribus, degentibus in maiori oppido, im-  
peravit, ut suas ædes demoliantur & diruant, paleam q; ex-  
portent, comburantq;: In nova autem Vrbe habitantibus,  
ut st̄ ramen teclis eximant, inq; domos transferant: quo ci-  
vitas quæ lignis saltem & sepibus cincta fuerat, eò melius conflagrare posset, mandat. Posteaquam Comes Seri-  
nus hac ratione omnes authorasset, militiæq; Sacramento

obligasset; illic toto cum exercitu, & militibus mansit, quorum qui armis gestandis tractandisq; idonei erant, in uniuersum duo millia, trecenti & alij quidam plures, mulieribus tamen liberisq; exceptis numerabantur Tricesima prima Iulij die ipse Vrumelibeglerbegus et Akanski Bassa, nonaginta millibus Turcarum adveniunt, & propè D. Laurentium uno milliari à Sigetho confidunt: Eò se quoq; ex castris centena Turcarum millia conferunt, & è vestigio ea ipsa adhuc luce cum nostris ab exortu diei usq; ad meridiem intra septa, velitario certamine dimicant, rursumq; in castra sub noctem quietis causa revertuntur.

Prima die Augusti Beglerbegus & Akonski Bassa iunctis illis nonaginta millibus Turcarum totoq; exercitu inde solvunt, seq; apud Simeleho vum quarta parte vnius miliaris ab arce in quodam colle seu monte, non procul à Sigethi vineis distante, demittunt, ipsoq; diluculo ad septa cum nostris dimicatum veniunt. Cumq; acriter à meridie ad vesperam usq; pugnassent, ex Turcis plurimi tormentis manuarijs interfecti desiderabantur. Hunc ergo in modum singulis diebus ter Turcae appropinquabant, donec eò ipse quoq; Imperator, adveniret. Quinta die Augusti Beglerbekus, & Akanski Bassa una cum exercitu de colle illo, quem Cæsari delegerant, vacuumq; pro eo relinquant, sedunt, & suā circa arcem castra locant. Eò ipso die Lunæ, in colle, ex quo se Beglerbegus & Akanski Bassa Simeleho vum versus receperant, Cæsar's tentoria seu Papiliones figuntur. Sequenti die Martis, qui fuit sexta Augusti, Cæsar ipse omnibus copijs, & tota manu comitatus, subsequitur, ipsumq; collem, qui Sigethanis vineis adiacet, occupat,

occupat, ibi⁹ cum statim collucasset, sua⁹ castra metaria  
esset, quiescit. Reliquis autem exercitu⁹ et milites, arcis  
ita denso agmine inaniuebant, eam⁹ circum sedebant, ut  
tentoria se mutuo attingerent, nec quisq; arcem ingredieb.  
propter immensam hostium multitudinem conspicui poterat.  
Eadem quoq; die in omnibus septis et mœnibus usq; ad non  
elem graviter dimicatum est: Sole⁹ occidente Imperatores  
omnes machinas bellicas et bombardas, quas secum advenex-  
erat, displredit atq; emittit. Ianizarii etiam id est auxiliatae  
laudes Turcici Cœsaris, quorum ipse ut semper sibi præstâ  
sunt, aliquot millia in aula sua alit genus hominū bellicosum  
atq; sagitandi peritisimum sua tormenta manuaria eiacur-  
lantur. Unde talis strepitus et fragor ex audiebatur, ut tan-  
nitrua quis cœlo descendere arbitraretur. Posthac magna  
voce ingenti clamore in omnibus Turcarum castris cœptum  
est ter alla, id est Deus, lac clamari, idq; in significatio-  
nem prospeli ad Sigethum Cœsaris adventus. Christiani è  
contra in arce Sigeth nomen! E S V S exclamabant.

Septima Augusti die, Turcae ex Planitiæ, et agris,  
Gerras seu Cophinos virgultis contextos, terraq; impletos,  
ad novam urbem præmittunt, aggerem deinde iaciunt, et  
vallo fossisq; remuniunt, quibus mox tormenta et Bom-  
bardas, superinducunt, occultantq;: Et nostros qui se intra  
septa iuxta portam novæ civitatis extructa continebant af-  
fiduè petunt. Eo tamen die ipsi propter crebra nostrorum  
tormentorum fulmina efficere nihil poterant. Ibi etiam Ian-  
izarii, cum prius ad septa seu terminos accessissent, acxi-  
ter cum nostris dimicant. Atq; ex nostris unus saltans, illo-

rum autem multi in eo conflictu perierunt. Hac ipsa die comes Serinus omnia septa, hortos & labores comburi. Comptari & utriusq; civitatis portas, quæ deinde terra replete atq; munitæ sunt, secari iussérat: Vesperè itaq; eius diei, Iovisq; manè & serio Turcæ aggerem iacere pergunt. Ianzari se fossis ingerunt, & terra, ut ab iniuria Bombardorum tuti esse possint, cooperiunt, atq; occultant.

Octava Augusti die Iovis, Turcæ summo mane novam civitatem tribus in locis petere, atq; concutere incipiunt. Ianizarij, etiam suis Scloppetis rem tentant, & in vtramq; urbem sine intermissione iaculantur. Posthæc ipse Alipor-tuk, aggerem iacere, munitionemq; nocturno tempore infra arcem interiorem prope regium hortum, rectè in ipsa palude seu fossa arcis moliri, eoq; maiora tormenta statuere pergit.

Nona Augusti die Veneris, ipse diluculo idem Alipor-tuk, qui Imperatoris terra mariq; bellicarum machinarum, & munitionum pæfectus fuit, quinq; maioribus tormentis, & aliquot Bombardis fulminat, arcemq; Sigethi interiores petit, tantumq; ea die assiduis tormentorum ictibus profecit, ut iam in ea Turrim & æreas campanas concusserit atq; fre-gerit. Incepit summo mane machinas dispropidere, nec ad vesperam usq; conquievit. Et licet aliquantulum desitit, tamen paulò post iterum perrexit, perq; totam noctem sine intermissione detonuit. Hæc ubi comes Serinus eadem die Veneris serò vidisset, plurimosq; ex suis interire tormentis cognovisset, novam urbem sub ipso crepusculo incendere eamq; penitus igne delere, veterem porrò seu maiorem ci-vitatem occludere iussit.

Decima

Decima Augusti, qui fuit dies Saturni, Turcæ vetus  
maius ve oppidum tribus ex locis maioribus tormentis pe-  
tunt. Ianizarii verò aggerem iaciunt, & vallo terraq; ef-  
fossa se munientes, propius ad id accedunt. Machinas quoq;  
in novam civitatem, quæ incendio conflagravit, deduci cu-  
rant: Quibus deinde eo ex loco veterem urbem verberare  
atq; concutere pergunter. Eadem die Turcæ & ipsius Ali-  
portuk aggere, lignis, ruderibus, & terra cratem seu pon-  
tem, quo per palustria loca eò commodius transitum conse-  
qui possent, conficiunt. Adhæc ipsi trabes & ligna præfere-  
bant, quibus tecti viam straverunt, & de die in diem sem-  
per propius ad arcem accesserunt: Omnes autem Turcæ in  
hoc, ut quam citissimè cratem illam seu pontem, per loca pa-  
ludibus referta, construerent, incumbebant, nec eorum ul-  
lus labore seu onere illo sublevatus erat, imò cuncti ad ge-  
stanta ligna & arbusta compellebantur, operiq; perficiendo  
occupabantur. Cameli quoq; equi clitellary, & muli nul-  
lo unquam tempore quiescebant. Sylva porrò & agri om-  
nes, Turcis, equis, camelis, & brutis animalibus pleni re-  
fertiq; conspiciebantur. Erant itaq; ex duabus partibus  
crates à civitate arcem versus confectæ, in quibus utrisq;  
magna lignorum copia deposita erat, cumq; pontes rude-  
ribus & terra fabricatos stravissent, eosq; propè mœnia  
deduxissent: Castella quædam & lateritium tanquam munio-  
men aliquot seu ~~castrorum~~ ex sacris vellere et succidia con-  
stipatis imponunt, quo Ianizari tecti, opertiq; stabant, atq;  
inde arcis mœnia ita petebant, ut in yis propter assiduos  
tormentorum ictus, nemo in posterum ex nostris perma-  
nere potuerit.

Decima

Decima nona Augusti , die Lun.e , qui D. Bartholo-  
mæum præcedit , Turcæ magnam ciuitatem cœperunt , su-  
amq; in potestatem redegerunt , ibi multi ex nostris fontes vi-  
ri , qui intro in arcem auugere , e;q; hostium manibus eva-  
dere nequii verunt , desiderabantur . Turci enim ipsos usq;  
ad pontem arcis præcurrebant , atq; ut introitum prohiberet  
summa ipsos velocitate ante vertebant . Qua propter qui  
maturè se in arcem recipere non potuerunt , foris omnes  
trucidati sunt . Inter quos erat Martinus Bosniack , Petrus  
Botosch peditum ductor seu Vai voda , alijq; complures  
strenui , & longo rerum vsu in dustry milites . In ponte eti-  
am decrepitus ille Laurentius , Petrus Batha , Blasius  
Diak , Georgius Mathiasch , omnes Vai vodæ , vel copiarum  
pedestrium ductores miserè imperfecti perierunt . Ibi quoq;  
Matthias Sektschbudi vayoda , globo percussus postea ad fru-  
gem per venire vel sanitatem recuperare potuit nunquam  
Finierunt insuper in expugnatione Vrbis vitam Rodovan  
& Franciscus Dando Vai vodæ , alijq; magni nominis mi-  
litæ nā pauci , quos omnes hic scripto compræhendere & re-  
censere non fuit integrum . Postea quam ciuitas ingenti cla-  
& summacum iactura amissa est : Multi enim veteres  
Vai vodæ & optimi præstantissimiq; milites in ea interièrre ,  
maximo morore & tristitia affecti , cæteri omnes in arcem  
sese contulerunt , in eamq; cum comite Serino se ipsos incluse-  
runt . Turcæ verò urbem fortissimo præsidio tenebant ,  
iamq; in ea morabantur .

Vicesima die Augusti , hostes quatuor in locis fulmina  
maioris tormentis arcis immittunt , ad eamq; binas vias  
ruderibus arbustis et terra præparant . Paludes enim & fos-

se tunc



ſæ tunc aquis constitutæ atq; ex ſiccatae erant, nec uilla peni-  
tus aqua in ijs, præter limum & lutum continebatur.

Vicesima ſexta Auguſti die Lunæ poſt D. Bartholo-  
mœum, Turcæ per crates ex aggere ipſius Aliportuk primū  
impetum in arcem interiorem faciunt, expugnationemq; ten-  
tant, in qua plurimi Turcæ periere, noſtri autem duo signa  
ab ipſis conſecuti, intro in arccm abſtulerunt, & una Mis-  
ferskium Bassam bombardæ ielu interfecere. Ex eo loco  
Turcæ ſummo cum dedecore & ignominia abire & ſecederé  
coacti ſunt, quorum ingens numerus paſſim ſub ipſis mæni-  
bus & muris, cum plurimis palis, quibus ad direptionem ar-  
cis inſtruēti venerant, cæſus iacuit.

In bunc ergo modum, Turcæ poſt diem Lunæ ſingulis  
diebus magis magisq; tribus in locis ex Haſerdia & duo-  
bus propugnaculis ſeu monimentis, uno propè portas exi-  
ſtente, alteri monti contiguo, interiorem arcem oppugnant  
& affligunt.

Secunda die Septembris, Ianizarii incurſione faclæ in  
arcem irruere cogitabant, ſed mutarunt conſilium, & no-  
cturno tempore magnum propugnaculum, quod monti con-  
terminum erat, ſuffodere cœperunt, cumq; per tres totos di-  
es strenuè laborarent, tantum inde terrefris materie & ru-  
derum extraxerunt, ut Ianizarus eo in loco pertransire,  
& ad interiorem ſepem, ubi quendam ex noſtris in ipſo pro-  
pugnaculo bombardæ traiecit, penetrare, noſtrósq; ſub ter-  
ra contingere potuit. Eò poſtea magnam exſiccatorum li-  
gnorum copiam, afferes, paleam et pulverem nitratum com-  
portarunt.

Quinta autem Septembris, die Iovis, qui D. Mariae Virginis festum præcedit Turcæ magnum propugnaculum seu munimen maioris arcis summo diluculo incendunt, quod & per se vehementer arderet, Impulso tamen & flatu Augusti ignis magis magisq; crescebat inq; arcem usq; deferebatur.

Posthac etiam trabes & ligna, quæ illuc ad repandos in propugnaculis circuitus & ruinas deposita erant, & incendio absuntur, ex quo deinceps Domini stabula cæteraq; in maiori arce ædificia conflagrare coepérunt. In eo propugnaculo atq; incendio, omnia Cœsaris magna tormenta ita deposita erant, ut absq; reffissatione ys quatuor ex locis detonarent. Adhac Iamzarii suis tormentis manuariis seu sclopetis arcem pe-tunt, & crebris, densissq; iclibus instar pluviae in arcem globos displodunt, atq; propugnaculum, quod portæ contiguum & vicinum erat, graviter oppugnant. In eo vero propugnaculo quod Nadaschgo vi appellatur, irruptionem Turcæ faciunt, maximoq; impetu in arcem feruntur. In ista propugnaculi defensione Comes ipse Serinus præsens aderat, & acriter cum Turcis decertaverat, ita ut hostiles impetus fortissimè propulsaret, eofq; bis arce expelleret atq; ejceret. Hoc in conflictu & certamine Ioannes Novakovitsch occubuit. Cum ergo Comes Serinus ignem maximas vires sumere, & iam propè ad pulvarem nitratum ( cuius ingens copia in magna exteriori aree iuxta portas minoris arcis erat ) procedere consperxisset, & quod propter ignis vehementiam Turcarumq; immensas copias iam undiquaq; irruentes, in maiori

in maiori arce longius morari non posset, se una cum re-  
liquis, qui superant militibus, quique elabi & auffugere in-  
de poterant in arcem interiorem contulit atque recepit, ei-  
usque portas bonus ille Comes in tantas redactus angusti-  
as, claudere iussit. Foris autem complures egregij mi-  
litates, trucidati sunt, mulieres & infantes multi, de qui-  
bus inter ipsos Turcas maxima contentio & lis extitit, in  
Turcarum castra capti*vi* abducebantur.

Postea Comes Capitaneis, & peditum præfectis seu du-  
ctoribus, quos Vaivodas vocat, ut loca quib. quisque stare, &  
excubias agere debeat, distribuant, præcipit. Mænia nanque,  
exterioris arcis, interiorem etiam cum suo muro comple-  
ctebantur: hicque continuus quasi & ab ipsis contentus con-  
spiciebatur. Ita ut aliquis ex maiori arce in interiorem  
nullo negocio, & absque anfractu progreedi potuerit. Inte-  
rior quippe Arx, tantummodo in una parte, seu angu-  
lo magnæ arcis posita, nullum propter exteriorum seu  
magnam arcem, munimen vel propugnaculum habebat,  
nec aliud quidpiam, exceptis uno aut alteri conclavi,  
quod ipse Dominus comes inhabitabat, & domibus  
aliquot, in quibus pulvis nitratus, omnisque generis Bom-  
bardæ depositæ servabantur.

Cætera ædificia in quibus commeatus & filiginis fa-  
rina, avena, hordeum, caro suilla, & fumo macerati pisces  
(quorum omnium propè ineffabilis aderat abundantia) ser-  
vabantur, in maiori arce singula contenta erant. Reman-  
serunt ibi etiam quinquaginta dolia vino, trecenta ace-  
to, & quinquaginta omnis generis leguminibus referta.

Earum deniq; rerum, quæ ad viictum requiruntur, necesa  
faria, omnium insignis aderat copia: quæ omnia in maiori  
arce relicta & igne absumpta sunt; hacq; de causa nec nostris,  
nec hostibus ea usui, & bono esse, potuerunt. Amissa sunt  
præterea in arce maiori omnia tormenta, quæ Turcis cef-  
serunt, & quibus deinceps nostros tam diu petierunt, donec  
interiorum quoq; arcem (sicuti postea dicetut) ademerunt.  
In interiori autem arce præter duo magna tormenta, duo  
mortaria, quæ oīx μοικρες αυνόβολοι dicuntur, & quatuordecim  
bombardas, nihil erat reliquum: Cæteris impedimentis &  
rebus omnibus hostes foris & exteriori arce potiti sunt. De  
commeatu in interiore nihil propemodum aderat. Præterq;  
mille modij Tschargoviani triticea farina referti, quos co-  
mes Serinus ex suis prædijs Tschargovianis apportari man-  
da verat: Magna itaq; penuria eo tempore quo ad panem &  
potum, erat, & talis, ut per hoc triduum mulieres & in-  
fantes fame sitiq; extinguerentur. In exteriori porrò arce  
unusquisq; militum tam pedester, quam eques, viictum &  
cibaria affatim habuit.

Nemo autem quicquam secum in arcem interiorem  
aufferre, nec multum de auro vel argento asportando sollici-  
tus esse potuit. Omnia enim, ut dixi, incendio foris absum-  
ta sunt, tantoq; impetu & celeritate arx illa nostris erepta  
& à Turcis expugnata est, ut vix in interiorem arcem ela-  
bi atq; aufugere potuerint. Quam postea quam Turcae occupa-  
runt, multa vexilla in aggerem seu vallū arcis collocarunt,  
atq; per duos Iovis & Veneris dies illic in maiori arce con-  
quieverunt. Nostri verò in parva seu interiori arce occlusi,  
& undiquaq; obfessi ac circumventi hæserunt. Ne Turca-

rum

nun ad nostros adhuc in arcem interiorēm aditas ulli, aut  
nostrorum inde foras ad eos exitus pature.

Septembriis die 7. hoc est Vesperi D<sup>r</sup>. Mariae Virgi-  
nis festo & ipso mane circa horam sextam Turcæ coniœclo  
in arcem igne, ædificia in quibus comes Serinus habitabat,  
in interiori arce contenta, incendunt, & ad expugnationem  
arcis omnes Imperatoris pedestres copiæ, summa cum vi ir-  
raunt: Adhæc classicum canere, tympanis perstrepere, &  
tubis infinitis ingentem sonitum edere incipiunt, signaque in-  
numera in arcem maiorem collocant. Itaq<sup>t</sup> tanta erat un-  
diquaq<sup>t</sup> Turcarum multitudo, ut nec prata cerni, nec aquæ,  
nec arbores exarce confpici potuerint. Omnia enim plena  
Turcis & sub ipsis mœnibus referta erant. Interea Arx  
vehementer & supra modum igne devastabatur. Quod  
cum Dominus Comes Serinus vidisset, seq<sup>t</sup>, diutius in ea con-  
tinere non posset conspexisse, per cubicularium, suum Fran-  
ciscum Scheremkum vestem holofericaw, aliamq<sup>t</sup> tunicam  
ex serico non latam (Mentem ipsi vocant) interulam  
& alia munda sibi afferri iussit, atq<sup>t</sup> ad omnes, qui tunc  
secum erant, milites, in hæc verba locutus est: Nunc non o-  
pus habeo vestimentis gravibus, sed levibus saltem, quibus  
que absq<sup>t</sup> impedimento me commode & cum agilitate qua-  
dam defendere possim. Iniunxit sibi etiam dari galerum  
ex nigro serico villoso, auro intextum & ornatum, quem  
in nuptijs gestare solitus erat. Huic affixum fuit ornamen-  
tum quoddam aureum peculiare, in cuius pala preciosus la-  
pis Adamas præstantissimæ penne ab Ardæa desumptæ  
continebantur. Deinde centum aureos nummos, seu du-  
catores Vngaricos, quibus tamen nullus ex Turcica moneta

admixtus esse debeat afferre iussit, quos ubi cubicularius attulisset, holosericam tunicam scindi, eosq; inter goffipium, quo illa contexa erat, & sericum ponere curavit, sic ad suos inquiens: Hoc ideo me fecisse vos existimare omnino velim, ne si quis fortè hostium aut latronum meis me vestibus exuet, dicat, se nihil praedæ aut lucri penitus apud me invenisse. Præterea cubiculario, ut sibi redderet Arcis claves, quas ille semper, dum arx obsesta fuit, in manu sua & potestate habuerat, mandavit: eas cum accepisset, statim tunicae in quam centum ducatos reposuerat ingerit, suos hunc in modum affatus: revera mihi credite, quod dum manum hanc meam movere, & gladio hoc vitam defendere licebit, neminem mihi centum istos ducatos & claves erupturum.

Me autem mortuo, quicunq; adeptus fuerit, eos sibi habeto. Iuramentum siquidem iam Deo præstisti, votumq; nunc upavi, me per Turcarum castra nequaquam ductum, nec liberis digito demonstratum iri. Deniq; suo antè dicto cubiculario præcepit, ut suos curvos & instar falcis Enses (quos Szablia vocat) auro & argento decoratos sibi porrigat, quos cum probasset, ex quatuor gladiis unum, qui adhuc ipsius parentis erat, elegit, dicens: *Hic unus est ex veteribus meis gladiis, hoc gladio Ego omnium primò gloriam & honorem promerui, omniaq; que habeo, aquisivi.* Et hoc gladio ego nunc singula, que Deus in me iusticio suo decreverit, perferam.

Sic gladium dextra manu accipiens, è conclavis suo se recipit, atq; post se parvam seu peltam rotundam gestare iubet.

iubet. Nullis præterea armis, nec lorica, nec galea se munire volebat hoc addens, Deum protectorem, defensorēm q̄ ipsius futurum, se etiam ex Sigetho elabi aut aufugere nequaquam conaturum, sed omnia constanti animo, quicquid. Deus voluerit subiturum atq; passurum. Cumq; ē suo conclavi exiisset, inq; cāedium seu plateam interioris arcis venisset, omnes iam ibi milites equites & pedites in procinctū stabant, eumq; loricis, galeis, & clypeis tecti, evaginatis etiam gladijs parato p̄senteq;, animo expectabant, & ubi arcem incendio, quod restrin-  
gui amplius nulla ratione poterat, conflagrare penitus vi-  
dissent, nec longius in ea propter vim ignis & fumum  
morari se posse animadvertisserent cœpit ipse Dominus Co-  
mes in hanc prop̄ sententiam, ut omnes eum exaudire &  
percipere facile possent, in Platea arcis loqui.

Mi fratres & strenui milites, nunc re ipsa & ante oculos simul cernimus omnes, qua ratione nos Deus igne hodie puniat, igne nos hostes nostri superant & vincunt. Nec tantum eorum nobis potentia & copiae nocerent, quantum ignis & incendium damni dat, nosq; pessundat, nihilominus tamen hanc pœnam à Deo Opt. Max. immissam, patien-  
ti, gratoq; animo per ferre nos decet: hac enim non solum ob nostra nos peccata, sed etiam ob provinciae huius flagitia punire voluit. Quapropter ignorare vos minimè arbitror,  
quo pacto antea fidem meam vobis delerim, vosq; mihi vi-  
cissim sancte & Deo interposito teste, per iusurandum  
promiseritis, nos hic unā simul victuros & morituros  
esse.

Et qui-

Et quidem ad hoc usq; tempus ( Deo sint gratiae ) nihil  
mali commissum , nec ulla inter nos proditio deprehensa est :  
Quod & nunc nulla penitus ratione accidere debet . Iam  
cuncti in praesentia videmus , quod hoc in loco longius mo-  
ram protrahere & perseverare et si vellemus , non possumus .  
Idq; tribus de causis , quarum prima est , quod hic flammis &  
incendio consumimur : altera quod nostrum admodum pauci  
sunt : tertia quod commeatu caremus , vobisq; infantes &  
mulieres fame sitiq; pereunt . Quapropter , quidigne hic  
conflagrare volumus ? Sinitote examus foras in exterio-  
rem arcem strenui milites , mediumq; digitum hostibus ostен-  
damus , & cum eo fortiter manus conseramus , ut post inte-  
ritum & mortem quisq; nostram famam sibi & gloriam  
comparet sempiternam , qui occubuerit & vum cum Deo sine  
omni dubio aget : cui verò usura vitæ longius concessa fue-  
rit , in eaq; superstes manserit , is summis laudibus nunquam  
non celebrabitur . Atq; hac de causa , ego omnium primus  
esse volo , vos primò foras præcedere . Et quod ego factu-  
rus sum , hoc idem & vos facite . Certò mihi credite , fratres  
dilecti , me vos ad rogum usq; non esse derelictum .

Post hæc ter IESVS exclamat , atq; Cæs. Mai. Vexil-  
lum ipsi Laurentio Iuranitsch , ut id sibi præferat , tradit ,  
portasq; arcis aperire iubet . In ipsa autem porta machina  
bellica , quæ mortarium vulgo vocari consuevit , ferro in-  
frustra dissecto referta iacebat , quæ in Turcas paulò antè  
displosa atq; emissa fuerat , unde sub ipso fumo Comes Seri-  
nus nudo gladio , & exigua parma foras progreditur , ip-  
sum Iuranitsch cum signo præcedebat , reliqui porrò milites ,  
& pedites

pedites & equites, quiq adhuc supererant omnes inseque-  
bantur, ibi in ipso ponte cum Turcis conflixerant. Eo in  
loco Ianizari D.Nicolaum Comitem Serinum tribus in locis  
globo percusserunt, ubi etiam ex eo ictu, quem capite exc e-  
pit prolapsus in terram concidit. Quo facto, Turcae confe-  
stim ter Alla idest Deus exclamabant, nostri autem retrò  
in arcem interiorem profugiebant, cumq; ipsos Turcae vehe-  
menter insequerentur, ipsi q; ingenti furore incumberent,  
unà cum nostris in arcem summa vi & impetu irruunt atq;  
feruntur. Iam murus interior & ipsa mænia Turcis un-  
diquaq; plena existebant, unde nostros desuper ruderibus &  
lignis ad usq; internectionem feriunt, & acriter cum nostris  
militibus pugnant. Hos omnes exceptis his, quos aliqui  
galeris & pileis Turcicis tectos aut ricos opertos, & veluti  
personatos abducebant, interfecerunt. Infantes autem et  
mulieres omnes vias servarunt, captivasq; secum traxe-  
runt. Hoc autem pleriq; omnes Ianizari, eorumq; maior  
pars quam reliquorum Turcarum fecerunt, cumq; captivum  
alicui eripere non potuissent, eum ipsi ut & ignominiosè  
præ manibus dissecarunt. Eo arcis in loco, nostrorum, Tur-  
carumq; cadaueribus ita referta erant omnia, ut aliter quis-  
quam per funera mortuorum ire, eaq; calcare & premere  
arcem ingrediens, aut in ea ambulare volens non quiverit.  
Tanta etiam in ipsis mænibus interiora arcis cæforum ins-  
terfectorumq; haminum copia passim iacebat, ut sanguinem  
quis ibi & cruorem haud difficile haurire potuerit. Edu-  
ctis igitur ex arce omnibus Christianis & Turcis, iam v-  
trasq; arces maiorem & minorem unà cum domibus, moeni-  
bus, plateisq; tenentibus, ignis seu incendium, ad pulvrem

nitratum, qui in quadam turri interioris arcis, fornici pro-  
pè terram inclusus erat, per venit, veteresq; domos, quæ in-  
teriorē arcem continebant, à fundamentis evertit, atq;  
disiecit. Eo grāffante incendio, quam plurimi Turcæ ac æ-  
mento & pulv're interficti desiderabantur. Et quemad-  
modum ipsi Turcæ affrunt, eo saltem in loco Turcarum  
plus minus tria millia partim incendio absuupti, partim rui-  
nis ædificiorum & lapidibus & tegulis perierunt. Nam  
huius cladi causa & calamitatis per totum exercitum sum-  
mus clamor, insignisq; lamentatio per vagata est. Luge-  
bat quippe extinctum suum patrem quidam, alius filij inten-  
ritum deplorabat, tertius ob fratris mortem vociferabatur.  
Ea die Ianizarorum Capitaneus Domino Comiti Serino  
iam mortuo caput amputari, idq; ad Turcarum Cæsarem  
perferri iussit. Cæterum supremus Turcici Imperatoris  
Memhet Bassa cum aliquot physicis tanta calliditate v/sus  
est, ut neq; ex inferioribus Bassis aut Vuegis quisquam, neq;  
Ianizary alijsq; milites Solymanni Imperatoris sui mortem,  
quarta adhuc Septembrib; post prandium circa horam pris-  
mam, in loco Siclikovo dēlo, quarta parte milliaris à Sige-  
tho distantis, propè Vineas Sigethanas extinti; nisi ex-  
pugnata iam arce Sigethi & commonefacto hac de re prius  
per literas Selimo Solymanni filio cognoscere potuerit. Atq;  
ne palam omnino fieret, alijsq; innotesceret, idem Memhet  
Bassa Doctorem, qui Cæsarū curam egit, nocturno tempo-  
re, ne mortem ipsius divulgaret, clam trucidauit. Interea  
etiam mortuo Cæsare per singulos dies clangere tubis, &  
alijs musicis instrumentis personare, cibos coquere & appa-  
nere, tanquam si Cæsar invīvis esset, iubebat. Post mor-  
tem

tem autem Solymanni statim in gens malum evenit & vehe-  
mens tempestas validissimusq; ventus exortus est, qui om-  
nia Turcarum Imperatoris tentoria disiecit, et ea quasi aliò  
secum rapere vellet, evertit. Ide n per reliqua omnia Tur-  
carum castra & ad Memhet Bassae Sokolovitschij papilio-  
nes, flando progressus, omnem palam & fenum, quod in-  
castris alicubi reperit, abstulit secuq; rapuit. Eodem ferè tem-  
pore mirum quiddā accidit Nam Danubius inferius propè  
Tolnam ita turbidus, & arena lu:oq; mixtus conspicie-  
batur, ut tridui spacio purgari, & lucidus redi, nec (ut  
ipsi Turcae & Tulniani cives referunt) ullus eius usus, vel  
ad coquendum, lavandum, aut bibendum esse potuerit.

Octava Septembris die Solis Mariæ virginis sacra, ca-  
put Comitis Serini inter alia Sigethanorum iam imperfecto-  
rum militum capita, palo non tam longe à terra affigi-  
tur, & iactu unius lapidis ab Imperatoris tentorio col-  
locatur. Circa etiam undiquaq; signa seu vexilla Si-  
gethana transversim cuspidibus in terram defixis stabant.  
Sic ea tota die caput Comitis Serini in illa platea palo ase-  
fixum conspiciebatur. Nec enim Turcae unq; conqueri-  
erunt, sed sine intermissione caput illud saepedictum Co-  
mitis Serini, & reliqua Sigethanorum militum, quæ in  
unum acervum comportata, congestaq; erant capita, spe-  
ctatum, contemplatumq; venerunt. Singulis etiam Tur-  
cis, qui Sigethani militis caput ad Cæsaris vel illius loco  
Memhet Bassae tentorium attulissent, decem aurei num-  
mi seu ducati numerabantur.

Septemb. die nona, lunæ, summo mane Membet Bassa Sokolovitschius Cæsaris gener & supremus consiliarius, Domini Comitis Serini caput Budam seu Salinum fratri suo Mustafæ Sokolovitschio Budensi Bassæ mittit, quod cū accepisset, serico statim involvit, subtiliꝝ linteo tegit, & per duos rusticos Taurinum, quod ab aliquibus etiam Bregetum dicitur, in castra nostri Imperatoris alegat. Inde porrò per Balthazarum Batschani multis cum tachrimis, summoꝝ mærore Czakturnum delatum, ibiꝝ monasterio. D. Helenæ, in fornice seu mausoleo, quo Catharina prima ipsius vxor de Franckenpanibus felicis memoria cum filia & duobus filiis inclusa quiescit tandem sepultum, terraꝝ mandatum est: Cuius animæ Deus Opt. Max. in regno cælorum æternam quietem largire dignetur.

## N V M E R V S T V R C A-

rum interfectorum.

P Eriore autem sub Sigetho (ut Ianizarorum Capitanus Budensis ex castris Sigethanis Budam versus iter faciens in urbe Tolna retulit) Turcorum equitum octodecim millia, Ianizarorum septem millia, quæ omnia computata viginti quinqꝫ millia efficiunt. Hi saltem libris inscripti continentur, exceptis reliquis levibus & nullius momenti hominibus, & ys, quorum numerus scripto non est comprehensus. Ex primatibus autem & summi nominis Turcis occubuerunt Miferskius, Bassa Alportuk, Bassa Gapitschius, id est, Cæsaris supremus cubicularius, & Bassa Hasvadar, hoc est, Cæsaris Camerarius, seu ærary & rei numariæ præfctus. Ex Capitaneis autem quos Begos nominant

neminent, plurimi interfeci sunt, quorum certus numerus ignoratur. Eos enim flocci pendunt viliq; existimant, dicentes, isti tantum sunt Cæsaris servi & captivi. Hoc vero certò credendum est, insignem ibi Turcarum copiam interisse: dici nang; vix potest, quam multi assiduis icibus Sigethanorum tormentorum ceciderint atq; in expugnatione trucidati sint. Adhuc infinita cada verà passim in ipsis fossis occisa iacebant, ut inde in arcem usq; gravissima fœtor tèterrimusq; odor dimana verit.

LECTORIS. D. PE-  
trus Albinus.

V Isum est & addere Comitis Seriny Epitaphium monumento ipsius, ut intelligimus, in præcipua eius dum viueret arce, Tschakturno, a scriptum, nec non quorundam Clarissimorum & doctissimorum virorum carmina Epicedia & Encomiastica, quæ & ipsa per volutando chartas nostras reperimus, quam operam nostram boni consules. Vale.

EPITAPHIVM ILLVSTRIS  
SIMI COMITIS NICOLAI ZRL  
nij &c. a scriptum sepulturæ  
in Tschakturn.

I Llustrissimo Comiti NICOLAO ZRINKO, Torquato ex sorore nepoti, à CAROLO V. post viennam ob fidione solutam, quod in ea adolescens adhuc & Tyrro, multa et pærclar a confecisset, equo auroq; donato: ad Budam & Pestum pulchra per facinora summa cum lande probato:

Croatie, Dalmatiae, & Slavonie Bannato, Tavernicorūq;  
Regalium in Pannonia magisterio, singulari cum pruden-  
tia functo: copys Cæsar is ad dextrum Danubij latus à FER-  
DINANDO I. & MAXIMILIANO II. Imperatori-  
bus præfecto: viclis saepissimè, fugatis, captis, cæsisq; ho-  
stibus: infaustissima postremum funestissimaq; Sigethi ex-  
pugnatione, cuius arcem contra innumerabilem Solyman-  
ni Turcarum Principis exercitum, facta eorum ingenti &  
memorabili strage, diutius, quam viribus par fuerat, de-  
fendit, defuncto ibidem Solymanno, totius orbis flagello,  
pulcherrimè absunto, bellicæ gloriae fortissimo in viciōs-  
moq; duci de se publice q; B. M. P. P.

VIXIT ANNNS QVINQVA-  
ginta octo, occubuit septimo Septemb.

Anno virginiei partus 1566.

EIVSDEM ILLVSTRISS. COMI-  
tis Nicolai Zrinij &c. Epicedion, scriptum, à Paulo  
Fabricio, Cæsar. Mathematico, Med. Doct.  
& ordinario in Academia Viennensi  
si Profess.

Propatria caram virtus effunderet vitam  
Tempore (cum trucibus prematur ab hostibus) ullo  
Si fuit: (vt certè semper fuit) ullius unq;  
Inclytanon poterit pietas, non inclyta virtus,  
Præferri tibi Zeriniæ Comes inclyte gentis.

Tantus amor patriæ, fidei tibi tanta cupido  
Præstandæ, tibi tantus erat profligere Turcas  
Ardor, ut hunc sola satiares inclyte vita.

Nam neq; moverunt te visq; minæq; precesq;  
Vrgentis variè frangentisq; omnia Turcæ,  
Nec promissa salus, nec desperata salutis

Com.

Commoda moverunt animum, cum cuncta teneret,  
Erigere & vitam, quæ sola superfuit, hostis  
Debebat ferus ille, tuo trux ille potiri  
Corpo're si vellet tandem. Quæ gloria talem  
Quantus honorq; tuam sequitur Comes inclyte mortem?  
Virtutis solidæ studium, patriæq; salutis  
Cura, tibi mortem laudem simul illa perennem  
Et talem peperit, quali te vincere nullus  
Vllijs historiæ victor queat, aspice fastos  
Actaq; Romani populi, tibi Curtius isthic  
Forsitan est similis factio, sed causa priores  
Fert tua, si sacros reputabimus ordine libros,  
Forte Machabæo laus est communis Iudeæ,  
Et simili factio tecum: sed quicquid & hoc est  
Obticeo dum quæ restat possessio vita,  
In Christo æternæ tibi debita redditur, Ergo  
Hic tua fama tuo summam cum nomine laudem,  
Promerita est, memoriq; etiam nunq; excidet ævo.  
Dic èris pius esse Comes, fortissimus Heros,  
Non tantum patriæ defensor & inclitus armis  
Miles, magnanimus tutor, sed totius orbis  
Christiadum. Cœlo tandem fulgente receptus  
Heroas inter, qui sanguine posteritati  
Consuluere suo, quibus est servare decorum  
Sic patriam visum, caperet ne mœnia turpi  
Deditio'ne ferox hostis, qui rumperet omne  
Fasq; piumq; bonis cum moribus omne fugaret:  
Heroas inter tales Comes inclyte vi'vis,  
Funestas qui Turcæ acies atq; arma furentis  
Sæpe repressisti, aut vicisti, sæpe fugasti.

Epi-

## EPITAPHIVM.

Zeriniæ gentis Comes hic iacet inclytus ille,  
Pro patria vitam qui dedit ipse suam.

ALIVD M. CASPARI SIT.  
niæ Labac., Ethices in eadem Academia Professoris.

QVic Mahometigenas pulsa vit sæpius hostes,  
Sæpius & vietiis hostibus ibat ovans :  
Pro templis cultumq; pio, pro pace fideq;  
Arma ferens, Sythicos depopulatus agros,  
Insignem proprio peperit qui sanguine famam,  
(Fama secuturis vix imitanda viris)  
Has nimis angusta Z R I N I V S tellure quiescit,  
Qui pater armorum præsidiumq; fuit.  
Magnanimus meritò monstrant tot ab hoste triumphi,  
Testantur fidum mors, modus, urna, locus.  
Terra Liburna gemit, dolet austria, luget ademptum  
Ipsum Europeæ nobile clima plagæ.

HIERONYMVS VVOL-  
fius Comiti Serinio atq; præsidio  
Sigettio Anno 1566.

IN victi heroës, memorandi laude perenni  
Ab valuisse nihil vota precesq; meas?  
Scilicet hoc nostrum scelus & dementia fecit,  
Vestra quidem virtus in violata manet.  
Corpora fessa iacent : sed fortia corda triumphant,  
Nullaq; de vobis Turca trophyæ tulit.

Vestra

*Vestra fides non fracta minis, non fracta furore  
Hostis ad extremum perstigit usq; diem.  
Mortale de stirpe satos cecidisse dolemus:  
Sic tamen est ingens occubuisse decus.  
At nos Christicolæ vel inani tempora luxu  
Perdimus: et paucos publica damna movent:  
Vel male civili maculamus sanguine dexteras,  
Sanguine Threicio quas rubuisse deceat.  
Fatalis stupor & furor impia pectora versat:  
Vota licet manent, spes tamen ægra fugit.*

*Idem, præsidio Iulæo.*

*H*ei miseri, qui uos decepit perfidus hostis?  
Servat cum libuit, quam dedit ille, fidem:  
Bis miseri, quod degeneres cecidistis inulti,  
More boum: nec vos lausue decusue manet.  
Præstiterat servasse fidem, vitaq; profusa  
Sanguine Threicio triste rigasse solum.  
At vos Christicolæ memores nec fidite Turcis:  
Cedere certa salus, cedere nulla fides.  
Mors & in ignavos torquet sua spicula: fortis  
Pro patria & Vera religione cadunt.  
Non obitus fraudi, sed erit victoria laudi:  
Non Deus hanc nobis, criminâ nostra negant.

*Idem, in Germaniæ stuporem.*

*I*am tua res agitur, paries tuus ardet; ab alto  
Culmine tota domus collabefacta ruit.  
Sigetum perire: non uilia castra supersunt:  
Extremum metuit mœsta Vienna diem,

*P*

*Panno-*


Pannonias non esse vides tua mania? Tuncus,  
His ruptis, in te Marte furente ruet.  
Ardebunt villæ: succumbent oppida ferro:  
Turba cadet diris excruciatæ modis.  
Eripientur opes, libertas, iura: LIBIDO  
VICTORIS saevi, iura cruenta dabit.  
Corporis hæc mala sunt, & in omnem posteritatem  
Assemel exorto fonte perenne ruunt.  
Sæva quidem, sed fine suo claudenda. Quid istud  
Captivæ mentes quod ferus hostis habet?  
Dira salutifero dicit conuicia Christo.  
Hunc etiam pubes nescia sæpè negat.  
Sæpè senex & avus melioris mentis egentes,  
Proh scelus, hac spreto, te, Mahomete, coluit.  
Vulgas iners quid n. nisi quæ præsentia, curat?  
Arbitrio domini se putat esse pium.  
Non spectas cœlo, nisi cum mors atra fenestras  
Intrat: & in fovea fus lutulente iaces?  
Hæc tu non cernis? non curas plumbea? nummis  
Dum parcis, vitam prodis iniqua tuam?  
Indulges odys in fratrem: negligis hostem:  
Qua nil terra magis, mil mare, triste tulit.  
Num tibi Religio curæ? quis credere possit?  
Qua rixas nulla religione moves.  
Colatrix culicis, gibbosæ terga camelii  
Deglutis: rectum quodlibet esse putas.  
Omnia præceptis facimus contraria Christi:  
Ignorant Christum pectora, lingua sonat.

Sed

Sed non ignorat nostra impia pectora Christus,  
Ille dari toties non sibi verba sinet.  
Quid dicam vates infelix? talia Musæ  
Carmina non dictant, fata sed atra cident:  
Imperij nam cum perituri terminus instat:  
Approparetq[ue] truci fata severa gradu:  
Immeritas ne forte putas excindere gentes,  
Ardua vel frustra vertere regna Iovem:  
Non Deus exitys, non diro fulmine gaudet:  
In columbus potius quoslibet esse cupit.  
Namq[ue], bonos firmo semper munimine cingit:  
Et vetat hostili clade perire pios.  
Ast ubi negligitur pietas, calcatur honestum:  
Crimine cum vitium supplicioq[ue] caret:  
Tum Deus infesto disturbat perdita vultu  
Regna, & non patitur stare superba diu:  
Ille sed ex imo quatiens fundamine terræ:  
Fulminea incendit precipitaq[ue] manu.  
Integra staret adhuc (heu iam palus atra) Gomora  
Ni foret incestis mersa libidinibus (ra,  
Staret adhuc Constantini pia regia; tantas  
Ni regnum discors dilacerasset opes.  
Et tu stare queas GERMANIA: cura salutis  
Si tibi tanta foret, quanta pericla vides.  
Si tibi privatissimis potior sit publica rebus  
Cura simul pcreunt quos vehit una ratis:  
Seruanturq[ue] simul, qui commoda publica spectant,  
Publica priuatis, qui sapit, anteferet.

*At si desipies, GERMANIA . Plura volentem  
Destituit calamus scribere, lingua loqui.*

F I N I S.



# Lectori S. pl.

*Ab iis, quibus pralorum opera commenda-  
ta fuerunt, non pauca prauè & negligenter excu-  
sa sunt, quæ hac indicatione corrigenda esse  
putauimus.*

A. 2. fac. a. lin. 4. Comitem.

A. 3. fac. b. l. 2. elisit l. 17. infinita.

A. 4. fac. a. l. penulti. spicula. fac. b. l. 12. trucidârit.  
l. 17. temeritatis.

B. I. fac. a. l. 7. Catzianerus. l. 17. dele tempora. l. 29  
Herois. fac. b. l. 4. qui profestus &c. l. 15. Sicut fereba-  
tur, dele præ.

C. 3. fac. a. l. 22. Cæsareas. l. 24. Sigethæ.

C. 4. fac. a. l. 7. Subhæc.

C. 5. f. b. l. 4. Emericus at illud.

D. I. fac. a. Admonendus est benevolus lector, Ex-  
emplar manuscriptum, ex quo descriptio obsidio-  
nis, vel potius expugnationis arcis Sigethanæ de-  
sumpta, & typis his excusa est, depravatissimè exara-  
tum ad nos ab Illovvzio missum esse, quod sine  
dubio amanuensis, cui fidit Illovvzius, negligentia  
& incuria asscribi debet. Inde enim est, quod mul-  
ta reperiet lector, quæ mendosa, quædam etiam  
hiulca esse apparetur.

erit colon, ac substituatur comma. l. 21. docentes Sic enim legendum esse censemus, et si manuscriptum non habet.

D. 2. f. a. 16. & deinceps videntur subesse menda.

D. 3. f. a. l. 1 nullam pro vllam legendum esse apparet. Ibidem in litera signatoria A pro D ponitur. f. b. l. 5. Qui nam Visiri sint mihi non constat. l. 19. videtur aliquid deesse, ut & lin. 21.

E 1. f. a. l. 3. videtur locus esse mendosus. l. 22. ne inulti animas.

E 3. f. i. l penult priscum

F 1. f. b. l. 24 moriturus.

F 4. f. a. l. 13 magnanimum.

G 2. f. b. l. 11. pro Hoç Thracio lege Threicio. l. 14. Aspicis. l. 19 expers.

G 3. f. a. l. 11. Herois.

G 4. f. a. l. 19. custodiebatur. l. 13. Scipiadasq; l. 18. meritisq; l. 19 & 21 Brutos. l. 24 Mauors, l. 26 Venus. f. b. post lineam 4 substituatur comma.

H 1. f. a. l. 3. abolens & iura Tyrannus. l. 5 rapiens. f. b. l. 1 & 10 Phalanges. l. 14 cæsus.

H 2. f. a. l. 1. Phalanges l. 7 sinceraq; l. 12 poli. l. 14 Pannonius.

H 4. f. a. post lineam 10 distinguenda est noua ode. l. 24. queis pro quos.

I 2. f. b. l. 15. nam in cætera sœus.

I 4. f. a. l 11. sit satis. l 24 caditq; .

K 1. f. a. Aduolat extemplò Pallas, f. b. l 10 Atq; tru-  
cidatos sanguis vt vnda vehat.

K 3. f. a. l 21. Si, nisi quæ dederit f. b. l 9 Dum petis.

L 1. f. a. l 22. magna. f. b. l 5. pontem, l 10. oppugnati-  
onem. l 11. Speculator. l 14. prodromus. l 22. post vo-  
cab. Siclosinum insere hæc verba : versus vidisse.  
Eo etiam in loco audiuisse, Bekum, qui ex Impera-  
toris exercitu præmissus est, eius esse animi, vt Dra-  
uum nauibus superare, apudq; Siclosinum &c.

L 2 f. a. l 1 & quod Turcæ. l 10. & si quos Turcas. l.  
20 Mechmetbegus. l 26. prodromus. Ita vbiq; scribi  
debebat. f. b. l 18. martarorum. l vlt. Bosna,

L 3. f. a. l 1 Drauum dele quæ. l 7. scaphis & lintribus.  
l 15. Hamsambeko. l 18 palo. f. b. l 2 & 6 pro Tschau-  
schum lege Czianzum. l 13 pontis in ripa illo ipso  
linteo. l vlt. linteum.

M 1. f. a. l 14. ita me iuuet. f. b. l 21 excubiasq;

M 2. f. a. l 17 occulta quædam. l 22 nobilibus. f. b. l.  
21 adueniret.

M 3. f. a. l 19 planicie. l 22 bombardas. f. b. l 5 serò.

M 4 f. a. l 25 sacris f. b. l 4 aufugere l 5 nequiuerunt.

N 1. f. a. l 1 destitutæ l 16 altero. f. b. l 18 appellabatur.


N 2 f. b. l vlt. Nec.

N 3. f. a. l 15 Serinius l 16 non posse conspexisset l 18  
Menten. f. b. l 20 enses l 23 ego.

N 4 f. 1. 15 quicquid. dele comma sequens. 19 præ-  
sentiq; 15 platea 1 16 Mei fratres f. b. 1 25 frusta.

O 1. f. a. l 19 cum ipsi vi & ignominiosè 1 21 vt aliter  
quis,quam per 1 24 interioris 1 27 post vocab. Chri-  
stianis ponenda distincio , p ost vocab: Turcis o.  
mittenda. f. b. 1 7 partim ruinis 1 16 Mechmet 1. 17  
O 2 f. b. 1 11 memoriaz. { Begis.

O 3 f. a. l 1 plurimi 1 7 Adhæc 1 10 lectori. Sl 23 Viennā.  
O 4 f. b. 1 5 Sitnirij 1 9 cultuq; pio 1 13 Hac nimis 1  
15 Magnanimum 1 17 Austria.






A kiadásért felelős Klaniczay Tibor,  
a MTA Irodalomtudományi Intézetének igazgatója

Készült a Magyar Színházi Intézet nyomdájában  
Budapest, 1987.






EFFIGIES FLLVSTRIS COMITIS ET DOMINI,  
**DN. NICOLAI COMITIS DE ZERINIO, HEROIS**  
 MAGNIFICI, BELLATORIS INCOMPARABILIS, PHOENICIS HUNGARIÆ. Primùm sub  
 Divo FERDINANDO, &c. Imperatore, Proregis, quem Hungari more gentis Banum appellant, Regnorum Croatiæ, Dalmatiæ, Slavoniæ:  
 Deinde sub Divo MAXIMILIANO, Generalis regni Hungariæ à Danubio ad Illyricum usq; Capitanei, Praefecti Zigethani: Vtriusq; Consiliarij intimi,  
 & per Hungariam regalium Magistri Tavernicorum. Qui non tantùm dulciter in patria vivere, & laboranti eidem contra Tyrannidem succurrere, sed dulcius in ea mori, & supremum eidem  
 vitæ spiritum consecrare, itò pro ea dulcem profundere vitam dulcissimum ratus. Fortiter in expugnatione Arcis SYGETHÆ mortem oppetit,  
 Anno 1566. VII. Idus Septembri.

EFFIGIES  
**COMITIS SERINII,**  
 EO HABITU DEPICTI.  
 quo contra Hostem oppetit.



H[abitu] Ostibus ut vidi diris & cedere fatis  
 Credita virtuti mœnia celsa suæ,  
 Servatæ à me olim, nunc me servabi-  
 tis, inquit,  
 Arces, & pugnans ZRINIVS occubuit.  
 F modo te iacta quantum vis Roma: Liburnis  
 Et sunt, quæ mortem, pectora, despiciunt.

EPIGRAMMA  
 IN  
 INSIGNIA GENTILI-  
 CIA ILLVSTRISS. ET  
 Antiquissimæ familie Comitum-  
 a ZRINIO.



Quid ZRINIAE sibi Musa velint insignia gentis,  
 Ede, tuis aris sic pia thura dabo.  
 Tantum ego: Diva sub hac: castrum virtutis imago est  
 Inlyta, quam stellæ circumiere due.  
 Nam, ea radices agere atq; immota manere,  
 Nixa suis muris turris ut alta, solet.  
 Gloria eam radijs aeterna micantibus ambit.  
 Gloria, virtutis qua comes esse solet.  
 Sed cur ala duplex est addita? tertia dos est,  
 Sors bona, qua pennas heu citò sape capit.  
 Gryphus habet culmen galeo. Nam cuncta reguntur,  
 Et constant, magni dotibus ingenij.

Ex Epigrammatib. PETRI ALBINI Nivemontij,  
 Illustrissimi ac potentiss. ELECTORIS  
 Saxoniae, &c. Historiographi & Secretarij.

EFFIGIES  
 COMITIS SERINII ARMATI.



Ali Nicoleos habitu prodixit in hostem,  
 Dura viro quoties bella gerenda forent.  
 His toties armis truculentos obruit hostes,  
 Et retulit victor læta trophæa domum.  
 Hoc habitu tandem Sigethi ad mœnia fulsit,  
 Cum valida premeres hanc Solymanne manu.  
 Vivat adhuc Zrinij Meritum, Constantia, virtus,  
 Nomen in orbe bonum, Spiritus ante DEVVM.